
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
Septemb 1899
R W Gibson Invt

erwer

wir ü

Thohz.

Rec. N. Leipz. Lit. Ztg. 1806. Ap
n. 52.

PRODROMUS FLORAE STARGARDIENSIS

CONTINENS PLANTAS

IN

DUCATU MEGAPOLITANO - STARGARDIENSI S. STRELITZENSI

SPONTE PROVENIENTES

AUCTORE

CAROLO FRIEDERICO SCHULTZ,

MED. ET CHIRURG. DOCTORE S. DUCI MEGAPOL. STRELITZENS. A CONSIL. AULIC. SOCIET. PHYSIC. MEGAPOL. SOC. HONOR. ET A LITTERIS JUNCTO; SOCIET. CASSELL. PHARMAC. ET HIST. NATURAL. MEDIC. SODAL. ORDIN.

BEROLINI,

SUMTIBUS C. F. E. SPAETHEN.

MCCMVI.

INCLYTAE
QUAE ROSTOCCHII FLORET
SOCIETATI PHYSICAE
MEGAPOLITANAE

HOCCE OPUSCULUM SACRUM
VOLUIT
AUCTOR.

Lectores

s.

Carolus Friedericus Schultz.

Enumerationes plantarum provinciales cum locis earum natalibus exacte notatis ad promovendum studium botanicum multum facere notum est. Ideo cum patriae talem enumerationem in votis adhuc esse perspexissem, haud inutile planeque ingratum opus suscepturum fore putavi, qui plantas, quas profert patriae solus, sc. Ducat. Megapol. Stargardiens. l. Strelitzens. sic dictas spontaneas perquirerem atque colligerem locisque suis natalibus nunc generalius nunc specialius adnotatis eas botanophilis indicarem. Decennium et quod excurrit elapsum inde est cum primo hoc negotium mihi proposui, cui in huncce diem usque incubui et sane! haud absque

cura et studio; nam solus nulloque duce omnes ac singulas plantas, tres quatuorve species si forsan exceperis ab amicis communicatas, autopta perquisivi propriaque manu collegi. Jam nunc haec mea collecta in ordinem systematicum redacta Prodromi Florae Megapolitano-Stargardiensis nomine botanophilis offero, enixeque rogo velint conatum benigne respicere simulque rationem habere, quod non floram omnino sed florae prodromum tantummodo exhibere voluissem.

Opusculi oeconomiam quod attinet sequentia sufficiant. Immortalis Linnaei Generibus Plantarum ab Illustr. de Schreber nuperrime editis tamquam fundamento mea superstruxi; species autem ad ejusdem summi viri Species Plantarum ex editione Cel. Willdenowii disposui; cum vero hocce opus non jam absolutum sit, in reliquis Cel. Rothii Tent. flor. German. T. I-III. sequutus sum, exceptis Muscis frondosis, Lichenibus et Fungis, quorum priores ex Illustr. de Bridel opere jam facile completissimo: Muscologia Recentiorum

T. I. II. enumeravi. Lichenes e summi Lichenographi, Cel. Acharii Methodo Lichenum citavi et Fungos tandem ad normam Synopseos Methodicae Fungor. Cel. Persoonii disposui. Dolendum vero est quod Vir de illustranda mycologia caeterum summe meritus in adjiciendis synonymis nimium parcus fuerit, quo factum est ut fungorum nonnulli, praesertim ex Agaricorum intricatissima cohorte dubium mihi reliquerint, quorum ideo plures eosque forte sat vulgares omittere aegre quidem coactus fui, cum dubias atque incertas species adducere, quantum quidem in me fuerit, plane noluissem; hac mente quoque e Boltoni opere, cum Willdenowii vernacula lingua nobis reddito: Geschichte der merkwürd. Pilze T. I - III., nec non e b. Batschii Elencho fungor. c. Continuat. icones citavi speciminibus meis quadrantes, ut facile quisque perspiciat quemnam fungum prae oculis habuerim.

Nonnullas plantas absque ullo synonimo proprio marte designavi; has omnes novas et hucusque nondum detectas esse,

praesertim quod fungos attinet, non omnino sustineo; melius tamen tutiusque duxi, specimina mea Auctorum descriptionibus non respondentia propriis verbis designare, quam datis quidem sed male quadrantibus descriptionibus ea adaptanda et botanophilos fallere et me ipsum in errorem inducere; scientiae periti facillime dijudicabunt quae mea sint quaeque aliis attribuenda.

Synonyma plura rarius adjeci, cum eorum locus non sit in flora provinciali; plantis tamen de quarum sede atque charactere adhuc sub judice lis fuit, nonnulla et ea quidem allegavi, quae ad dirimendum auctorum dissensum aptiora mihi visa sunt. Haec ipsa ratio quoque peperit observatiunculas hic illic adnexas fusioresque plantarum nonnullarum descriptiones, ut ita offerrem quae qualiscunque mea me docuerit observatio. Jam caeterum nomina, quibus amicus quondam aestumatissimus b. Timmius in prodromo suo Florae Megapol. Swerinens. usus fuit, si ex Recentiorum observationibus mutata fuerint, omnino addidi et id qui-

dem in commodum botanophilorum feci, qui Floram Swerinensem cum nostra Stargardiensi comparare voluerint.

Plantarum memoratarum numerum tandem quod attinet, hunc vere exiguum forte non habebis, si provinciae fines respexeris simulque perpenderis nec plantis marinis gaudere patriam nec montibus eam horrere alpinis. Attamen multum abesse quin omnibus numeris sit absolutum hocce opusculum omnino non ignoro; persuasum potius mihi habeo plures superesse plantas a me praetervisas ulteriorique investigationi relictas. Dulcissima Chloris autem cui otia a gravioribus negotiis mihi concessa lubens semper consecravi, in posterum quoque mihi erit in deliciis; sic plantas in posterum inveniendas detegendasque botanophilis in supplementis tradere eoque modo huncce prodromum in dies locupletiorem perfectioremque reddere certe non defuturus ero, cum ex meis omnino sit propositis floram patriae, quatenus ex re ipsa viriumque mearum tenuitate fieri possit, demum

summe correctam plurimisque numeris absolutam perficere. Hac mente tandem omnes ac singulos patriae botanophilos, ut sua quaeque detecta suasque observationes mihi grata mente communicare velint, humanissime rogo.

Dabam Neobrandenburgi
(Ducat. Megapol. Strelitzens.) XXmo Calendar. Septembris MCCMV.

PRODROMUS

FLORAE STARGARDIENSIS.

Classis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Hippuris. (Tannenwedel.)

Linnei Genera Plantar. ed. Schreb. No. 15.

Calyx margo 2-lobus. Petala o. Stigma ſimplex. Semen 1.

1. Hippuris vulgaris.

H. foliis stellatis, plurimis linearibus acutis. Linn. Spec. Plantar. ed. Willdenow. T. 1. p. 26.

Habitat in locubus et locis paludosis infrequens. — prope Neubrandenburg vor dem Stargard. Thor am Mühlenteich und auf der Kuhwiese. Julio. Aug.

DIGYNIA.

Callitriche. (Wasserstern.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 17.

Cal. o. Petala 2. Caps. 2-locularis, 4-sperma.

2. Callitriche verna.

C. foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 28.

Habitat in foſsis et aquis stagnantibus copioſe. — prope Neubrandenburg in der Brodaschen Straſse, et albi. Junio. Augusto.

3. Callitriche intermedia.

C. foliis superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 29.

Habitat in fossis atque paludibus passim. — prope Neubrandenb. am Trollenhagen. Berge in den Lehmgruben. Majo. Junio.

4. Callitriche autumnalis.

C. foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 29.

Habitat in fossis passim. — ad pagum Teschendorf an der Säbelschen Grenze, bei der Brücke, et alibi. Autumno et vere.

Observatio. Neque in hac nec in praecedentibus speciebus unquam flores hermaphroditos vidi, sed semper monoicos, superiores masculos, inferiores femineos..

5. Callitriche cespitosa.

C. foliis lineari-lanceolatis, utrinque attenuatis, apice obtusis integris, caulibus cespitosis ramosissimis reptantibus.

Habitat in paludosis nemorosis ad terram glareosam et supra folia putrida infrequens. — ad pagum Mildenitz in der Heide bei der Wolfshagenschen Ziegelei an einem Bruch. Octobre.

Descriptio. Radiculae albae fibrosae copiosissimae. Caules teretes subpellucidi cespitosi, e centro radiatim progredientes, prostrati radicantes ramosissimi, cespites efficientes orbiculatos densissimos, duos tres uncias ad pedem et ultra

latos. Folia opposita sessilia lineari-lanceolata utrinque attenuata reflexa subobliqua, duos ad tres lineas longa, omnia viridia subtus glaucescentia, apice obtusa integra, nonnullis tamen levissime emarginatis, ne dicam potius truncatis tantum. Flores axillares sessiles monoici, superiores masculi, inferiores feminei. Calyx nullus. Corollae petala duo lanceolata alba pellucida conniventia; Stamen unicum; filamentum crassum pellucidum, vix lineam longum incurvatum; anthera flavissima reniformis. Styli duo pellucidi duas ad tres lineas longi in apicem filiformem producti, flexuose adscendentes. Capsula plerumque sessilis compressa quadrisulcata. Semina matura non vidi.

Obs. Haec species, quam nullibi descriptam scio, a praecedentibus primo intuitu in eo recedit quod 1) semper supra terram proveniat et nunquam in ipsis aquis reperiatur; 2) quod caules ramosissimi sint et cespites efforment densissimos; 3) quod folia ad unum omnia viridia sint et subcarnosa. Illae contra a) in aquis fluitantes semper repeiuntur, et si unquam aqua evaporata fuerit, quod nonnunquam accidit in fossis, caules omnes ad unum latus prostratos invenies, surrecta quidem caulium coma, sed caulibus ipsis in terra limosa delitescentibus. b) Caules earum filiformes, praelongi et simplices plerumque sunt, vel uno alterove ramo tantum instructi; c) Folia superiora emersa quidem viridia sunt et glaucescentia,

submersa autem tenuissima membranacea decolorata et quasi emarcida semper observantur. His insuper C. verna foliis obovatis, apice rotundatis, basi maxime attenuatis et quasi petiolatis differt; D. intermedia vero et autumnalis foliis inferioribus tenuissimis, triplo vel quadruplo longioribus, omnibus apice evidenter bifidis satis distinctae sunt. — Caeterum haec planta si ulla, heterophylla dicenda fuisset, nisi omnibus hujus generis speciebus id proprium esset: dantur enim specimina foliis omnibus linearibus angustissimis, supremis tantum in rosulam congestis paulo latioribus lineari-lanceolatis: haec ea sunt, quae in solo humidiori reperiuntur. Aliis folia omnia lineari-lanceolata sunt, excepto uno alterove ramo foliis ovato-lanceolatis instructo; iterum aliis tandem et iis quidem, quae solum minus humidum incolunt et inter Gramina proveniunt, folia omnia sunt ovato-lanceolata.

Classis II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

CIRCAEA. (Hexenkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 31.

Cor. dipetala. Cal. 2-phyllus superus. Caps. 2-locularis non dehiscens: loculis monospermis.

6. Circaea lutetiana.

C. caule erecto, foliis ovatis subserratis hirsutis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 53.

Habitat in nemorosis copiose. — ad pag. kleinen Nemerow an dem Tollensee, et in der Mildenitz. Heide. Julio.

Variat. Racemo unico simplici. Roth. Tentam. Flor. Germ. T. 2. P. 1. p. 34. — In der Mildenitz. Heide.

7. Circaea alpina.

C. caule ramosissimo depresso, foliis cordatis dentatis nitidis glabris. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 53.

Habitat in sylvaticis humidis infrequens. — ad pagum Petschke prope Mirow, in einem Bruch. Julio.

VERONICA. (Ehrenpreis.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 32.

Cor. limbo 4-partito: lacinia infima angustiore. Caps. 2-locularis.

* Spicatae.

8. Veronica maritima.

V. spicis terminalibus, foliis subcordato-lanceolatis inaequaliter serratis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 55.

Habitat in pratis humidis sylvaticis. — prope Neubrand. auf den Wiesen hinter der Kuhweide, ubi haec elegans planta haud infrequens occurrit Julio.

Variat. foliis binis, ternatis quaternisque.

9. Veronica spicata.

V. spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis caule adscendente simplicissimo. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 56.

Habitat in collibus et sylvis frequens. — prope Neubr. an dem Stargard. Berge und im Nemerowschen Holz an dem hohen Ufer. Julio.

Variat. caule ramoso, spicis pluribus. — iisd. locis.

10. Veronica officinalis.

V. spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis pilosis annuis, caule procumbente hirto. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 59.

Habitat in sylvis siccioribus ubique. Junio. Julio.

Variat. foliis triplo latioribus subrotundis. — Im Brodaschen Holz ad pagum Neuendorf rarius.

** Coymboso-racemosae.

11. Veronica serpillifolia.

V. racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 64.

Habitat in pratis, pascuis ubicunque. Majo. Junio.

Variat. foliis majoribus rotundis. Roth. l. c. — ad pagum Krumbek in pratis humidis.

12. Veronica Beccabunga.

V. racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 64.

Habitat in fossis, ad scaturigines ubique. Junio.

Variat. caule foliisque triplo minoribus — in arenosis ad ripas.

13. Veronica Anagallis.

V. racemis lateralibus foliis lanceolatis serratis, caule erecto. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 65.

Habitat in fossis atque paludibus frequens. — prope Neubrandenb. im Werderbruch. Junio.

14. Veronica scutellata.

V. racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis foliis linearibus integerrimis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 65.

Habitat in inundatis, paludosis frequens cum praecedenti. Junio.

15. Veronica Teucrium.

V. racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 66.

Habitat in nemorosis atque dumetis frequens.

Variat. 1. caule adscendente, foliis profundius serratis.

β. major Roth. l. c. — prope Neubrandenb. im Mühlenholz gleich hinter den Gärten.

2. foliis omnibus ternatis. — Singularem hancce varietatem semel legi ad pagum kleinen Nemerow in der Koppel hinter dem Hof.

Observ. Cum Veronica Teucrium in herbario Linneano non inventa sit, botanici inter se dissentiunt, et alii eam varietatem Veronicae prostratae majorem putant, alii vero cum V. latifolia eam commutarunt. — V. prostratam inter et V. Teucrium omnino maxima affinitas exstat; quo modo autem cum V. latifolia confundi possit haud concipio, quae quippe caule erecto stricto foliisque cordatis a nostra satis superque distincta est.

16. Veronica Chamaedrys.

V. racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule bifariam piloso. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 69.

Habitat in nemoribus atque dumetis ubique. Junio.

*** Pedunculis unifloris.

17. Veronica agrestis.

V. floribus solitariis pedunculatis, foliis cordatis petiolatis, caule pubescente. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 72.

Habitat in agris et cultis frequens. Majo. Junio.

18. Veronica arvensis.

V. floribus solitariis foliisque cordatis subsessilibus, caule hirto. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 73.

Habitat inter segetes frequens. Junio.

19. Veronica hederifolia.

V. floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis pedunculo brevioribus, calycinis ovatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 73.

Habitat in hortis, cultis, collibusque ubique Aprile.

20. Veronica triphyllos.

V. floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, caule patulo. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 74.

Habitat inter segetes copiose. Aprile, Majo.

21. Veronica verna.

V. floribus solitariis subsessilibus, foliis digitato-partitis; summis indivisis, caule stricto. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 75.

Habitat in collibus apricis frequens. — prope Neubrandenb. am Trollenh. Berg. Majo.

PINGUICULA. (Fettkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 49.

Coroll. ringens calcarata. Cal. bilabiatus 5-fidus. Caps. I-locularis.

22. Pinguicula vulgaris.

P. nectario conico recto longitudine petali, labio superiore bilobo. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 110.

Habitat in pratis turfosis frequens. — prope Neubrandenb. auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Junio.

UTRICULARIA. (Wasserschlauch.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 41.

Cor. ringens calcarata. Cal. diphyllus, aequalis. Caps. 1-locularis.

23. Utricularia vulgaris.

U. nectario conico, scapo paucifloro. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 112.

Habitat in turfosis, in foſs. et aquis stagnantibus infrequens. — ad pag. Krumbek an der Rehberg. Gränze. Julio. Aug.

24. Utricularia minor.

U. nectario carinato. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 112.

Habitat in paludosis, fossis rarius. — prope Neubrandenb. auf der Kuhweide und in dem Söll bey den raumen Eichen. Julio. Augusto.

VERBENA. (Eisenkraut.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 43.

Cor. infundibulif. subaequalis, curva.
Cal. unico dente truncato. Semina 2. s. 4. nuda. (Stamina 2. s. 4.)

* Tetrandrae.

25. Verbena officinalis.

V. tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 120.

Habitat in ruderatis, ad muros frequens Neobrandenburgi. Julio.

Lycopus. (Zigeunerkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 44.

Cor. 4-fida; lacinia unica emarginata. Stamina distantia. Sem. 4. retusa.

26. Lycopus europaeus.

L. foliis sinuato-serratis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 120.

Habitat in humidis ad fossas, ripas. — prope Neubrandenb. vor dem Stargard. Thor et ad pag. kl. Nemerow. hinter dem Hof. Julio.

Salvia. (Salbey.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 50.

Cor. inaequalis. Filamenta transverse pedicello affixa.

27. Salvia pratensis.

S. foliis cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 135.

Habitat in collibus et ad viarum margines frequens. Junio. Julio.

Variat. corollis caeruleis, albis et purpurascentibus.

D I G Y N I A.

Anthoxanthum. (Ruchgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 58.

Cal. gluma bivalvis uniflora. Coroll. gluma bivalvis acuminata aristata. Sem. 1.

28. Anthoxanthum odoratum.

A. spica oblonga ovata, flosculis subpedunculatis arista longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 156.

Habitat in pratis siccis ubicunque. Majo. Junio.

Classis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA. (Baldrian.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 60.

Cal. o. Cor. 1-petala, basi hinc gibba supera. Sem. 1.

* Valerianae semine unico papposo.

29. Valeriana dioica.

V. floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 176.

Habitat in pratis turfosis copiose. — ad pagum Krumbek et alibi. Majo.

30. Valeriana officinalis.

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 177.

Habitat in nemorosis paludosis frequens. — prope Neubrandenb. im Sonnenkamps-Bruch. Majo. Junio.

** Fediae, fructu triloculari coronato.

31. Valeriana olitoria.

V. floribus triandris caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu nudo. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 182.

Habitat in agris cultis hortisque frequens. Majo.

32. Valeriana dentata.

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu tridentato; dentibus binis brevissimis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 183.

Habitat in campis ad vias infrequens. — ad pag. Quastenberg, am Wege nach Dewitz.

Obs. Specimina mea fere omnia foliis basi dentatis gaudent.

Iris. (Schwertel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 79.

Cor. 6-partita: laciniis alternis reflexis. Stigmata petaliformia.

*** Imberbes, foliis ensiformibus.

33. Iris Pseud-Acorus.

I. imberbis, foliis ensiformibus, petalis alternis, stigmate minoribus. L. Sp. P. ed. P. T. I. p. 232.

Habitat in fossis atque paludibus frequens. Junio.

Schoenus. (Knopfgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 92.

Glumae paleaceae univalves congestae.

Cor. o. Sem. I. subrotundum inter glumas.

* Culmo tereti.

34. Schoenus Mariscus.

S. culmo tereti, foliis margine dorsoque aculeatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 259.

Habitat in pratis paludosis turfosis rarius. — ad oppidum Friedland.

35. Schoenus nigricans.

S. culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli valvula altera subulata longa. L. Sp. P T. I. p. 261.

Habitat iisdem locis cum praecedente.

Nota. Hanc et praecedentem speciem Clarissimo Doctori Krüger debeo qui loco indicato eas legit.

** Culmo triquetro.

36. Schoenus albus.

S. culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 267.

Habitat in pratis turfosis rarius. — ad pag. Ballin auf der Torfwiese hinter dem Hofgarten. Julio.

Obs. In plantis vivis folia omnino omnia plana sunt et carinata; siccitate demum setaceo-convoluta evadunt et quasi triquetra.

Cyperus. (Cyperngras.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 93.

Glumae paleaceae distiche imbricatae. Cor. o. Sem. I. nudum.

***** Culmo triquetro, umbella composita et decomposita.

37. Cyperus flavescens.

C. culmo triquetro nudo, umbella subcomposita triphylla, spicis confertis lanceolatis glumis obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 279.

Habitat in paludosis hyeme inundatis rarius. — ad pagum Fleeth et prope Mirow. Julio.

38. Cyperus fuscus.

C. culmo triquetro, umbella composita triphylla spicis linearibus confertis, glumis acutis imbricatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. 280.

Habitat in pratis paludosis frequens. — prope Neubrandenburg auf der Kuhweide am Brüderbruch. Julio. Aug.

39. Cyperus virescens.

C, culmo triquetro, umbella composita triphylla spicis linearibus confertis, glumis acutis patulis L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 280.

Habitat in inundatis ad ripas lacuum: infrequens. — ad pag. Lichtenberg an dem Teich im Dorf. Septbr.

Obs. Specimina mea descriptioni Cyp. virescentis omnino respondent: glumae enim patulae, quasi distichae sunt et virescentes. Vereor tamen ne mera Cyperi fusci varietas tantum sit haec mea planta, quam inter majores easque densissimas plantas crescentem vidi, quo factum forte est, ut culmus procerior et spicae graciliores evaserint pallidioresque. Hoc idem quoque Clar. Willdenow l. c. supputat de Krockeri Cypero virescenti in Silesia lecto.

Scirpus. (Binse.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 94.

Glumae paleaceae undique imbricatae Cor o. Sem. I. imberbe.

* Spica unica.

40. Scirpus palustris.

S. culmo tereti nudo, spica subovata terminali. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 291.

Habitat in pratis atque paludibus ubique. Junio.

Variat. culmo semipedali et ultra bipedali.

41. Scirpus Caricis.

S. culmo subtriquetro nudo, spica disticha com-

pressa involucro monophyllo. L. Sp. Pl. ed. W. T. 1. p. 292.

Schoenus compressus Timm Prodrom. Flor. Megapolit. Swerinens. p. 177.

Habitat in pratis humidis frequens. — prope Neubrand. im Stargard. Bruch und am Trollenh. Berg. Junio. Julio.

42. Scirpus Baeothryon.

S. culmo striato nudo, spica bivalvi, glumis calycinis inaequalibus ovatis obtusiusculis membranaceis, altera majori spica duplo breviore. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 293.

Habitat in pratis turfosis infrequens. — prope Neubrandenb. auf der Kuhweide und am Trollenhag. Berge bey den Lehmgruben. Junio.

43. Scirpus acicularis.

S. culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi seminibus nudis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 295.

Habitat in inundatis copiose. — ad pag. Jatzke bey der Meyerey an dem Teich; et ad pag. Wulckensin in der Pferdekoppel. Julio.

** Culmo tereti polystachio.

44. Scirpus lacustris.

S. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. Sp. 296.

Habitat ad ripas lacuum inque fossis profundis frequens. Junio.

47. Scir-

45. Scirpus setaceus.

S. culmo nudo setaceo, spica terminali sessili. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 298.

Habitat in inundatis exsiccatis frequens. — ad pagum Jatzke bey der Meyerey c. Scirp. acicul. Julio.

Obs. Spica, cum semper infra apicem culmi erumpat, terminalis dici nequit. Spiculae saepe geminae raro quoque ternatae sunt.

46. Scirpus sylvaticus.

S. culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 307.

Habitat in pratis nemorosis ubique. Junio.

Eriophorum. (Wollgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 95.

Glumae paleaceae undique imbricatae Cor. 0. Sem. 1. lana longissima cinctum.

47. Eriophorum vaginatum.

E. culmis vaginatis teretibus, spica scariosa. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 312.

Habitat in pratis turfosis copiose. — ad pagos Ballin et Krumbek, et prope Neubrandenb. hinter der Kuhweide. Majo.

48. Eriophorum polystachium.

E. culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 312.

Habitat in pratis paludosis turfosis frequens. — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Majo.

49. Eriophorum angustifolium.

E. culmis foliosis teretibus, foliis canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis erectis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 313.

Habitat cum praecedente sed minus frequens. Majo.

Nardus. (Borstengras.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 97.

Calyx o. Coroll. bivalvis.

50. Nardus stricta.

N. spica setacea recta secunda. L. Sp. P. T. 1. p. 314.

Habitat in pratis turfosis siccis frequens. — ad pagum Krumbek an der Rehberg. Grenze, et ad pag. Eichhorst am Rande der Pfarrwiese. Majo. Junio.

DIGYNIA.

Phalaris. (Glanzkraut.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 106.

Cal. bivalvis carinatus longitudine aequalis, corollam includens.

51. Phalaris phleoides.

P. panicula mutica cylindrica spiciformi, glumis calycinis carinatis integerrimis scabriusculis, corolla bivalvi glabriuscula. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 328.

Habitat in collibus apricis copiose. — prope Neubrandenburg bey Belvedere und am Trollenhag. Berg. Junio.

Variat. spiculis viviparis.

PANICUM. (Fennich.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 108.

Cor. 3-valvis, valvula tertia minima.

* Spicatae.

52. Panicum glaucum.

P. spica tereti, involucellis bifloris, fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 335.

Habitat in campis aridis frequens. — ad pag. Küssow am Wege nach Sponholz et alibi. Julio. Augusto.

Variat. caule unciali et biunciali, foliis rubentibus — in campis arenosis post messem frequens.

53. Panicum viride.

P. spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis seminibus nervosis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 335.

Habitat in hortis inter olera copiose. Augusto.

54. Panicum Crus Galli.

P. spicis alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 337.

Habitat in cultis, hortis infrequens. — ad pagum Jatzke in dem Pfarrgarten. Augusto.

55. Panicum sanguinale.

P. spicis digitatis basi interiori nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 342.

Habitat in campis arenosis frequens. — prope Neubrandenburg am Wege nach Bergensdorf et ad pagos Warlin et Lichtenberg. Julio. Augusto.

PHLEUM. (Lieschgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 109.

Cal. bivalvis sessilis linearis truncatus, apice bicuspidato. Cor. inclusa.

56. Phleum pratense.

P. spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 354.

Habitat ad fossas inque pratorum versuris ubique. Junio.

57. Phleum nodosum.

P. spica cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 355.

Habitat in collibus apricis copiose. Junio. Julio.

ALOPECURUS. (Fuchsschwanz.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 102.

Cal. bivalvis. Cor. univalvis.

58. Alopecurus geniculatus.

A. culmo spicato infracto, corollis muticis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 358.

Habitat in pratis humidis et fossis copiose. Junio.

MILIUM. (Hirsegras.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 110.

Cal. bivalvis 1 - florus: valvulis subaequalibus. Cor. brevissima. Stigmata penicilliformia.

59. Milium effusum.

M. floribus paniculatis dispersis muticis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 360.

Habitat in nemoribus frequens. — Im Nemerowschen und Brodaschen Holz. Junio.

AGROSTIS. (Windhalm.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 111.

Cal. 2-valvis 1-florus, corolla paulo minor. Stigmata longitudinaliter hispida.

* Aristatae.

60. Agrostis Spica venti.

A. petalo exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 361.

Habitat inter segetes, ad versuras ubique. Jun. Julio.

61. Agrostis arundinacea.

A. panicula oblonga petalo exteriore basi villoso aristaque torta calyce longiore. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 364.

Habitat in nemorosis montosis infrequens. — Im Nemerowschen Holz. Junio.

62. Agrostis vinealis.

A. calycibus coloratis, petalorum arista dorsali longitudine fere calycis, culmis adscendentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 369.

β. A. gigantea Roth Tent. flor. Germ. p. 31.
Habitat in nemorosis humidis infrequens. — ad pag. Mildenitz ohnweit des See's an der Wolfshagenschen Grenze, et prope Neubrandenburg in der Burg. Julio.

** Muticae.

63. Agrostis stolonifera.

A. paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 369.
Habitat in nemorosis humidis et campis. — prope Neubrandenburg an den Stadtwällen et ad pagum Mildenitz. Junio.

64. Agrostis hispida.

A. ramis paniculae patentibus verticillatis, calycibus aequalibus hispidiusculis, flosculis muticis. L. Sp. Pl. ed. W. T. 1. p. 370.
A. capillaris Timmii l. c. et Auctorum.
Habitat in versuris, ad fossas ubique. Junio. Julio.
Obs. Secundum Cel. Willdenow Agrostis capillaris vera in Lapponiae alpibus tantum provenit et ab A. hispida (cujus descriptioni specimina mea exacte respondent) calycibus glabris et panicula tenuissima capillari differt.

Aira. (Schmelen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 112.

Cal. 2-valvis, 2-florus. Flosculi absque interjecto rudimento.

* Muticae.

65. Aira aquatica.

A. panicula patente, floribus muticis laevibus, calyce longioribus, foliis planis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 376.

Habitat in paludosis ad fossas frequens. Julio.

** Aristatae.

66. Aira caespitosa.

A. foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque: arista recta brevi. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 378.

Habitat in pratis humidis, ad fossas ubique. Julio.

67. Aira flexuosa.

A. foliis setaceis, culmis subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 378.

Habitat in montosis lapidosis rarius. — ad pagum Lichtenberg an der Krumbekschen Grenze. Junio.

68. Aira canescens.

A. foliis setaceis: summo spathaceo paniculam inferne involvente. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 379.

Habitat in agris incultis elatioribus copiose. Julio.

69. Aira praecox.

A. foliis setaceis, vaginis angulatis, floribus paniculato-spicatis, flosculis basi aristatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 380.

Habitat in campis siccioribus infrequens. — ad pag. Warlin am Wege nach Sponholz. Julio.

70. Aira caryophyllea.

A. foliis setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis distantibus. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 380.

Habitat in collibus arenosis apricis ubicunque. Majo. Junio.

MELICA. (Perlgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 113.

Cal. 2 - valvis, 2 - florus. Rudimentum floris inter flosculos.

71. Melica nutans.

M. petalis imberbibus, panicula nutante simplici. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 382.

Habitat in nemoribus montosis frequens. — Im Nemerowschen und Brodaschen Holz. Majo.

72. Melica uniflora.

M. panicula rara, calycibus bifloris, flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 383.

Habitat iisdem locis c. praecedente sed rarius. Majo.

73. Melica coerulea.

M. panicula coarctata, floribus cylindricis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 383.

Habitat in pratis turfosis paludosis frequens. — prope Neubrandenb. hinter der Kuhweide, et ad pagos Ballin et Krumbek. Julio. Augusto.

Variat. culmo cubitali et altiore, glumis 3-4-floris — prope Neubrand. in der Burg.

Poa. (Rispengras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 114.

Cal. 2-valvis multiflorus. Spicula ovata, valvulis margine scariosis acutiusculis.

74. Poa aquatica.

P. panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 385.

Habitat in fossis profundis, ad ripas ubicunque. Jul. Aug.

75. Poa trivialis.

P. panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 387.

Habitat in pratis, ad fossas frequens. Junio.

76. Poa angustifolia.

P. panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 387.

Habitat in pascuis nemorosis frequens. — prope Neubrandenb. an dem Stadtwall et ad pagos Jatzke et Mildenitz. Junio. — An a praecedente satis et specifice diversa?

77. Poa pratensis.

P. panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris culmo erecto tereti. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 388.

P. trivialis Timm l. c.

Habitat in pratis atque versuris ubique Julio.

Variat. spiculis 3- et 6-floris.

78. Poa sudetica.

P. panicula erecto-patente, spiculis trifloris glaberrimis mucronatis, culmo erecto compresso, vaginis foliorum laxis ancipitibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 389.

Habitat in pratis paludosis infrequens. — ad oppidum Friedland, hinter dem Galenbek. See, ubi Amicus aestumatissimus Flörke primus habuit. Junio.

79. Poa annua.

P. panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 390.

Habitat in hortis, pascuis inque versuris copiose. Aestate.

80. Poa compressa.

P. panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 397.

Habitat in collibus et muris frequens. — prope Neubrandenb. auf der Stadtmauer und am Mühlenholz. Julio. August.

81. Poa nemoralis.

P. panicula attenuata, spiculis subbifloris, mucronatis scabris, culmo incurvo. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 399.

Habitat in sylvis nemorosis ubique. Junio. Julio.

82. Poa distans.

P. paniculae ramis subdivisis, floribus quinquefloris, flosculis distantibus obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 401.

P. salina Pollich. Roth l. c. T. 2. p. 119.

Habitat in pratis humidis sylvaticis rarius — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide in dem Gebüsch gegen Woggersin. Julio fere deflorata.

Variat. spiculis 3 - ad 7 - floris.

83. Poa cristata.

P. panicula spicata, calycibus subpilosis, subquadrifloris, pedunculo longioribus, petalis aristatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 402.

Habitat in collibus siccioribus frequens — prope Neubrandenburg vor dem Stargard. Thor am Mühlenholz. Junio.

BRIZA. (Zittergras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 115.

Cal. 2 - valvis multiflorus. Spicula disticha valvulis cordatis obtusis, interiori minuta.

84. Briza media.

B. spiculis ovatis, calyce flosculis (7.) breviore. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 404.

Habitat in pratis siccis et pascuis frequens. Junio.

DACTYLIS. (Knaulgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 117.

Cal. 2 - valvis compressus, altera valvula majore carinata.

85. Dactylis glomerata.

D. panicula secunda glomerata. L. Sp. Pl. ed. W. T. 1. p. 408.

Habitat in pratis siccis, ad sepes, inque nemoribus frequens. Junio.

CYNOSURUS. (Kammgras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 118.

Cal. 2 - valvis multiflorus. Receptaculum proprium unilaterale, foliaceum.

86. Cynosurus cristatus.

C. bracteis pinnatifidis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 411.

Habitat in pratis siccis ubique Junio.

FESTUCA. (Schwingel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 119.

Cal. 2 - valvis. Spicula oblonga teretiuscula, glumis acuminatis.

* Panicula secunda.

87. Festuca ovina.

F. panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 419.

Habitat in sylvaticis arenosis frequens. Junio. — In dem Sponholz. Gehölz am Wege nach Warlin.

88. Festuca rubra.

F. panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis; flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 420.

Habitat in versuris et agris sterilioribus frequens. — ad pagum Teschendorf am Wege nach Sabel. Junio.

Variat. foliis hirsutis latiusculis, spiculis paniculatis 5 - floris glabris aristatis.

Festuca pratensis Schreb. vid. Roth. l. c. T. 2. P. 1. p. 125. — In pratis humidis ad pagum Jatzke am Wege nach Schönbek.

89. Festuca nemorum.

F. panicula secunda nutante, spiculis quinquefloris glabris aristatis, foliis radicalibus setaceis, culmeis planis longissimis scabriusculis. Roth l. c. T. 2. P. 1. p. 129.

Habitat in nemorosis montosis infrequens. — prope Neubrandenburg im Nemerowschen Holz am hohen Ufer. Junio.

** Panicula aequali.

90. Festuca decumbens.

F. panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 424.

Habitat in pascuis nemorosis frequens. — Im Nemerowschen Holz. Junio. Julio.

91. Festuca elatior.

F. panicula secunda erecta, spiculis subaristatis, exterioribus teretibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 425.

Habitat in graminosis inque versuris ubique. Julio.

92. Festuca fluitans.

F. panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 426.

Habitat in fossis, ad ripas inque paludibus copiose. Junio.

Bromus. (Trespe.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 120.

Cal. 2-valvis. Spicula oblonga, teres, disticha. arista infra apicem.

93. Bromus secalinus.

B. panicula nutante, spiculis ovatis compressis, glumis nudis distinctis, aristis subulatis brevioribus flexuoso-rectis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 428.

Habit. in agris humidiusculis inter segetes hybernas frequens. Julio.

Variat. spiculis submuticis compressis.

94. Bromus mollis.

B. panicula erectiuscula, spicis ovatis pubescentibus aristis rectis; foliis mollissime villosis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 429.

Habitat in pratis siccis, versuris ubicunque. Junio.

Variat. spiculis paucis subpedunculatis erectis compressis deltoideo-ovatis, glumis subimbricatis subpubescentibus apice acutis, aristis capillaribus brevioribus rectis.

Bromus nanus Weigelii. L. Sp. P. ed. W. T. et p. cit. — In collibus sterilissimis; ad pag. Küssow bey der alten Kirche am Hofe. Junio.

95. Bromus asper.

B. panicula ramosa nutante scabriuscula, spiculis linearibus subteretibus decemfloris pilosis aristatis, culmo foliisque hirtis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 432.

Bromus montanus, Pollich. Roth l. c. T. 2. P. 1. p. 141.

Habitat in nemorosis humidis infrequens. — prope Neubrandenburg im Nemerowschen Holz, gleich vorn an dem Sumpf. et ad pag. Dewitz an der Ballinschen Grenze im Holz. Junio. Julio.

96. Bromus sterilis.

B. panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 433.

Habitat in dumetis, ad sepes frequens. — prope Neubrandenb. in dem Rehmel am Wege nach dem Tannenkrug. Junio. Julio.

97. Bromus arvensis.

B. panicula nutante spiculis ovato-oblongis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 434.

Habitat inter segetes, ad agrorum versuras passim. — auf dem Neubrandenb. Felde. Julio.

98. Bromus tectorum.

B. panicula nutante, spiculis linearibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 434.

Habitat in muris, tectis et collibus apricis copiose. Junio.

99. Bromus giganteus.

B. panicula nutante, spiculis quadrifloris, aristis, brevioribus. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 435.

Habitat in nemorosis humidis ubique. Julio.

100 Bromus gracilis.

B. racemo simplicissimo nutante, spiculis alternis sessilibus remotis teretibus subulatis glabris aristatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 438.

Habitat in humidis umbrosis ad sepes infrequens. — ad pagum kl. Nemerow bey der Mühle. Julio.

101. Bromus pinnatus.

B. culmo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 438.

Habitat in collibus siccis argillaceis — prope Neubrandenburg bey Belvedere; et ad pag. Dewitz am Wege nach Ballin. Julio.

Avena. (Hafer.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 122.

Cal. 2-valvis, multiflorus: arista dorsali contorta.

102. Avena elatior.

A. paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 443.

Habitat in pratis et pascuis fertilioribus, infrequens. — ad pag. Mildenitz bey dem Wolfshag.

See

See et prope Neubrandenb. auf der Kuhweide am Brüderbruch. Junio. Julio.

103. Avena strigosa.

A. panicula oblonga contracta secunda, flosculis geminis apice biaristatis, dorso arista geniculata. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 446.

Habitat in nemorosis et inter segetes aestivas frequens. — prope Neubrand. am Wall und auf dem Brodaschen Felde. Julio.

104. Avena pubescens.

A. subspicata, calycibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 448.

Habitat in pratorum versuris frequens. Junio.

105. Avena pratensis.

A. subspicata, calycibus quinquefloris. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 451.

Habitat in collibus arenosis et pascuis siccis frequens. — prope Neubrandenburg am Stargard. Berge und in dem Gehölz bey Sponholz. Junio. Julio.

ARUNDO. (Rohr.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 124.

Cal. 2-valvis. Flosculi congesti, lana cincti.

106. Arundo Phragmites.

A. calycibus quinquefloris, panicula laxa. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 454.

Habitat in locubus ubique. Julio. Augusto.

107. Arundo epigejos.

A. calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 456.

Habitat in collibus sterilibus frequens. — Im Nemerowschen Holz am hohen Ufer. Junio. Julio.

108. Arundo Calamagrostis.

A. calycibus unifloris laevibus, corollis lanuginosis, culmo ramoso. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 456.

Habitat in humidis et ad ripas frequens. — prope Neubrand. im Stargard. Bruch. Julio.

109. Arundo stricta.

A. panicula coarctata spiciformi, calycibus unifloris, petalis lanceolatis glabris coloratis, arista dorsali recta, culmo trinodo simplici. Timm. Siemſsen Magazin für die Naturkunde und Oeconomie Mecklenburgs. B. 2. p. 235.

Habitat in pratis paludoso-turfosis frequens. — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Julio.

Obs. Cum elegans hocce gramen, quod Amicus Aestumatiſs. Timm. Malchini primus detexit, nec in Linné — Willdenowii Spec. Plantar. nec usquam alibi descriptum sciam, non e re esse puto fusiorem a Cel. Timm. l. c. datam descriptionem adjicere. — Radix alba fibrosa repens. Culmus erectus simplex semper trinodus, quadripedalis et altior, crassitie culmi Secal. cereal. Folia radicalia nunc angustiora, nunc latiora, pedem ad duos longa; culmea plana glabra, margine retrorsum subscabra, in

apicem sphacelatum terminata, culmo fere duplo latiora, dodrontalia. Vaginae glabrae levissime striatae. Ligula laciniata. Panicula recta, e viridi fusca; florescentiae tempore patens, ante et post florescentiam in spicae formam contracta rigidiuscula. Pedicelli breves, quinque ex eodem loco prodeuntes, iterum subdivisi, inferiores longiores. Gluma bivalvis subaequalis uniflora. Valvulae lanceolatae acutae scabriusculae. Corolla bivalvis inaequalis, basi pilis, longitudine valvulae interioris, circumdata; valvulae lanceolatae glabrae bifidae, striis purpureis coloratae; exterior fere longitudine calycis e dorso aristam rectam emittens; interior duplo minor. Antherae purpurascentes bifurcatae. Reliqua generis.

Differt ab

1) Agrostide arundinacea: a) foliis brevioribus nec pubescentibus; b) panicula graciliori; c) arista breviore recta, nec geniculata.

2) Arundine neglecta Ehrharti (Agrost. Calamagr?) a) panicula nuda magis contracta, nec e vagina erumpente; b) culmo simplicissimo trinodo; c) petalis longioribus coloratis; d) pilis brevioribus.

3) Arundine Calamagrostide: a) culmo simplici; b) panicula rigidiori; c) petalo exteriore longitudine calycis; d) pappo breviore.

4) Arundine epigejo et canescente: petalo aristato nec mutico.

5) Arundine Phragmitide: gluma uniflora.

110. Arundo colorata.

A. calycibus carinatis unifloris, corollis glabris basi penicillis duobus lanuginosis, foliis planis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 457.

Phalaris arundinacea Timm. l. c. p. 180.

Habitat in fossis, ad ripas frequens. — prope Neubrandenb. in der Brodaschen Strafse. Junio.

Lolium. (Lolch.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 126.

Cal. 1-phyllus, fixus, multiflorus.

111. Lolium perenne.

L. spica mutica, spiculis compressis multifloris. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 461.

Habitat in versuris, ad vias copiose. Junio. Julio.

Variat. spica ramosa. v. Roth l. c. T. 2. P. 1. p. 153. — in agris fertilioribus, rarius mihi occurrit inter segetes.

112. Lolium temulentum.

L. spica aristata, spiculis compressis multifloris. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 462.

Habitat inter segetes aestivas infrequens. — in agris Neobrandenburgens. Junio.

Elymus. (Haargras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 128.

Cal. lateralis 2-valvis, aggregatus, multiflorus.

113. Elymus caninus.

E. spica nutante arcta, spiculis rectis involucro destitutis, infimis geminis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 469.

Habitat in collibus argillaceis sylvaticis infrequens. — prope Neubrandb. auf dem Wall und bey der Heidmühle. Julio.

Obs. Et in meis speciminibus spiculam infimam uti reliquas semper vidi solitariam.

HORDEUM. (Gerste.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 129.

Cal. lateralis 2-valvis, uniflorus ternus.

114. Hordeum murinum.

H. flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 474.

Habitat in ruderatis frequens. — prope Neubrandenburg auf dem Wall, an der Stadtmauer und auf den Kirchhöfen. Junio.

TRITICUM. (Weitzen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 130.

Cal. 2-valvis solitarius, subtriflorus; flos obtusiusculus (subaristatus.)

** Perennia.

115. Triticum repens.

T. calycibus quadrifloris subulatis acuminatis, foliis planis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 481.

Habitat in campis et hortis copiose. Julio.

Variat. spiculis muticis et aristatis.

TRIGYNIA.

MONTIA. (Montie.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 133.

Cal. 2-phyllus. Cor. 1-petala irregularis. Caps. 1-locularis, 3-valvis.

116. Montia fontana.

Montia. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 487.
Habitat in agris arenosis humidis frequens. — prope Neubrandenburg bey der Burg; et ad pagum Neuhaufs, am Wege nach Bredenfelde. Aprile. Majo.

HOLOSTEUM. (Spurre.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 136.

Cal. 5-phyllus. Petala 5. Caps. 1-locularis subcylindracea, apice dehiscens.

117. Holosteum umbellatum.

H. floribus umbellatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 489.
Habitat in agris arenosis humidis frequens. Majo.

Classis IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Dipsacus. (Karten.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 148.

Cal. communis polyphyllus; proprius superus. Recept. paleaceum.

118. Dipsacus pilosus.

D. foliis petiolatis appendiculatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 544.

Habitat in nemorosis humidis infrequens. — prope Neubrandenburg bei der hintersten Mühle. Julio.

Scabiosa. (Scabiose.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 149.

Cal. communis polyphyllus; proprius duplex superus. Recept. paleaceum, s. nudum.

* Corollulis quadrifidis.

119. Scabiosa succisa.

S. corollulis quadrifidis aequalibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 548.

Habitat in humidis sylvaticis frequens. — Im Nemerowschen Holz. Julio. Aug.

Variat. α. foliis utrinque hirsutis.

γ. capitulo prolifero. Roth. l. c. T. 2. P. 1. p. 164.

120. Scabiosa arvensis.

S. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incisis, caule hispido. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 550.

Habitat in agris incultis, versuris, et inter segetes, ubique. Julio.

Variat. foliis radicalibus integerrimis. Roth. l. c. p. 165.

** Corollulis quinquefidis.

121. Scabiosa columbaria.

S. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis, setaceis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 552.

Habitat in collibus siccis frequens. Julio. Augusto.

Variat. foliis caulinis infimis pinnatifidis, superioribus bipinnatis: pinnis lanceolatis. Roth. l. c. p. 166. — Neubrandenb. hinter der Heidmühle am Holz.

SHERARDIA. (Sherardie.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 156.

Cor. 1-petala infundibuliformis. Sem. 2, tridentata.

122. Sherardia arvensis.

S. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 574.

Habitat in agris post messem infrequens. — ad pagum Jatzke am Wege nach Eichhorst; et ad oppidum Friedland. Julio. Augusto.

Asperula. (Waldmeister.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 157.

Cor. 1-petala infundibuliformis. Sem. 2, globosa.

123. Asperula odorata.

A. foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 575.

Habitat in sylvis umbrosis copiose. Majo.

Galium. (Labkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 162.

Cor. 1-petala plana. Sem. 2, subrotunda.

* Fructu glabro.

124. Galium palustre.

G. foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 585.

Habitat in fossis atque paludibus copiose. Julio. Aug.

Variat. caule erecto cubitali et altiore, foliis duplo majoribus. Roth. l. c. p. 178. — prope Neubrandenb. im Brüderbruch.

125. Galium verum.

G. foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 590.

Habitat in dumetis, versuris, ad sepes frequens. Julio.

126. Galium Mollugo.

G. foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 590.

Habitat c. praecedente eodem loco ac tempore.

127. Galium sylvaticum.

G. foliis octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 591.

Habitat in nemoribus subhumidis frequens. — Im Nemerowschen Holz. Julio.

** Fructu scabro.

128. Galium uliginosum.

G. foliis senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 595.

Habitat in fossis et pratis ubique. Junio — Augusto.

*** Fructu hispido.

129. Galium Aparine.

G. foliis octonis lanceolatis, carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus hispidis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 597.

Habitat in ruderatis ad sepes ubicunque. Julio.

Plantago. (Wegetritt.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 186.

Cal. 4-fidus. Cor. 4-fida: limbo reflexo. Stamina longissima. Caps. 2-locularis, circumscissa.

* Scapo nudo.

130. Plantago major.

P. foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. L. Sp. P. ed. W. T. I. p. 641.

Habitat in versuris, ad vias copiose.

Variat. scapo unciali, spica laxiore pauciflora bre-

vi. Roth l. c. T. 2. P. 170. — in hortis oleraceis passim.

131. Plantago media.

P. foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 642.

Habitat in graminosis siccioribus frequens. — prope Neubrandenburg am Stargard. Berge. Junio, Julio.

132. Plantago lanceolata.

P. foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 643.

Habitat in agris, hortis et collibus arenosis frequens. Junio.

CENTUNCULUS. (Kleinling.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 189.

Cal. 4-fidus. Cor. 4-fida, patens. Stamina brevia. Caps. 1-locularis, circumscissa.

133. Centunculus minimus.

Centunculus. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 653.

Habitat in agris arenosis post messem frequens. — prope Neubrandenburg auf dem Acker am Brodaschen Holz et alibi. Aug.

CORNUS. (Hartriegel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 194.

Involucrum 4-phyllum saepius. Petala supera 4. Drupa nuce 2-loculari.

** Nudae cymosae.

134. Cornus sanguinea.

C. ramis rectis, foliis ovatis concoloribus, cymis depressis. L. Sp. P. ed. W. T. 1. p. 662.

455. Nepeta Cataria.

N. floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis

petiolatis cordatis dentato-serratis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 39.

Habitat in ruderatis ad sepes frequens. — prope Neubr. bey Belvedere und Broda. Julio. Augusto.

MENTHA. (Münze.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 967.

Cor. subaequalis 4-fida: lacinia latiore emarginata. Stamina erecta distantia.

* Spicatae.

456. Mentha nemorosa.

M. spicis oblongis, foliis sessilibus ovatis acutis aequaliter serratis tomentosis, staminibus corollae aequalibus. L. Sp. P. ed. W. T. 2. p. 75.

Habitat in pratis ad ripas frequens. — prope Neubrandenburg bey Broda an dem Tollensee. Julio. Aug.

457. Mentha viridis.

M. spicis oblongis, foliis lanceolatis nudis serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 76.

Habitat in humidis ad sepes infrequens. — bei Broda gleich hinter dem Hof am Tollensee. Julio.

Obs. A praecedente satis distincta: foliis cauleque glabris, verticillis florum omnibus remotis.

** Capitatae.

458. Mentha aquatica.

M. floribus capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 78.

Habitat in pratis humidis, ad fossas ubique. Julio. Augusto.

*** Verticillatae.

459. Mentha sativa.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis acutiusculis serratis, staminibus corolla longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 79.

Habitat in fossis aqua repletis sylvaticis infrequens. — prope Neubrandenb. an dem Teich und Gräben hinter der Heidmühle. Augusto.

Obs. statura robustiore, caule erecto foliisque glabriusculis subscabris, verticillis florum pedicellatis et bracteis lanceolatis ciliatis a Mentha arvensi optime distinguenda. Staminum longitudo caeterum, quaeque dixerit l. c. Cel. Willdenow, valde variabilis est; nam in hac Mentha sativa verticillorum tantum infimorum stamina corolla longiora vidi; in superioribus saepe corollam aequantia vel breviora reperi. Hoc idem valet de Mentha arvensi, cujus plurima specimina asservo staminibus corolla longioribus, quamvis corollam longitudine tantum aequantia dicantur.

460. Mentha gentilis.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis,

staminibus corolla brevioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 80.

Habitat ad ripas fluviorum et lacuum passim. — prope Neubrandenb. an dem Tollensee, et ad pagum Eichhorst an dem See hinter dem Hofe. Augusto.

Obs. An planta mea eadem sit cum Mentha gentili Linnei equidem nescio; ab omni parte tamen exactissime respondet illi quam Cel. Roth l. c. sub M. gentili descripsit, quam autem Cel. Willdenow l. c. diversam putat a planta Linneana et sua quae, uti ait, calycem glabrum habet punctis resinosis obsitum. Haec puncta autem flavo-resinosa non mea plantae solum sed Menthae arvensi, sativae et verticillatae communia sunt, ut plura specimina, quae coram habeo, me edocent. Nil ideo remanet nisi calyx glaber et staminum diversa longitudo, qua autem nihil variabilius est.

461. Mentha arvensis.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam aequantibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 80.

Habitat in agris subhumidis post messem copiose, Augusto.

Obs. Haec species caule debili diffuso, plerumque prostrato, foliis ovalibus utrinque attenuatis villosis perbene distinguenda est.

462. Mentha verticillata.

M floribus verticillatis, foliis ovato-lanceolatis ser-

ratis hirsutis, staminibus corolla longioribus, caule erecto. Grimm. — Roth. l. c. T. 2. P. 2. p. 11.

Habitat ad ripas fluviorum haud infrequens. — prope Neubrandenb. vor dem Trept. Thor am Oberbach. Aug. Septbr.

Obs. Spectabilis haecce planta quam Veneratiss. Roth l. c. pro more exacte descripsit, a Mentha austriaca, quam Cel. Willdenow l. c. M. arvensis varietatem subputat, toto coelo, uti ajunt, diversa est. Specimina mea descriptioni Rothii quam exactissime respondent.

GLECHOMA. (Gundermann.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 970.

Antherarum singulum par in formam crucis connivens. Cal. 5-fidus.

463. Glechoma hederacea.

G. foliis reniformibus crenatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 85.

Habitat in hortis udis et nemoribus frequens. Majo. Junio.

LAMIUM. (Bienensaug.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 971.

Corollae labium superius integrum, fornicatum. Lab. inferius 2-lobum; faux utrinque margine dentata.

464. Lamium album.

L. foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 88.

Habitat in hortis, ruderatis, ad sepes copiose. Majo. Junio.

465. Lamium purpureum.

L. foliis cordatis obtusis, aequaliter obtuse dentatis petiolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 88.

Habitat in cultis copiose. Majo.

466. Lamium amplexicaule.

L. foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 90.

Habitat in agris inter segetes frequens. Majo.

GALEOPSIS. (Hohlzahn.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 972.

Corollae labium superius subcrenatum, fornicatum; labium inferius supra 2-dentatum.

467. Galeopsis Ladanum.

G. internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycinis dentibus subulatis aristatis, patulis, caule subpubescente. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 91.

Habitat in campis inter segetes et ad agrorum margines ubique frequens. Augusto.

468. Galeopsis Tetrahit.

G. internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, calycibus pungentibus, corollis calyce parum longioribus, caule hirto. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 92.

Habitat in campis, ruderatis, ad sepes frequens. Julio. Aug.

469. Galeopsis cannabina.

G. internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, calycibus pungentibus, corollis calyce quadruplo longioribus, caule hirto. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 93.

Habitat in hortis et campis ad sepes frequens. Julio.

BETONICA. (Betonien.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 973.

Cal. aristatus. Corollae lab. super. adscendens, planiusculum; tubus cylindricus.

470. Betonica officinalis.

B. spica interrupta, corollae galea integra, lacinia intermedia labii inferioris emarginata, calycibus glabriusculis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 93.

Habitat in nemorosis atque dumetis passim. — prope Neubrandenburg im Nemerowschen und Burg-Holz. Julio.

Variat. flore albo. — ad pagum kleinen Nemerow in der Koppel hinter dem Hof.

STACHYS. (Ziest.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 974.

Corollae lab. super. fornicatum; lab. inferius lateribus reflexum; lacinia intermedia majore emarginata. Stamina deflorata versus latera reflexa.

471. Stachys sylvatica.

S. verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 97.

Habitat in humidis ad sepes inque dumetis, frequens. Julio.

472. Stachys palustris.

S. verticillis subsexfloris, foliis lineari-lanceolatis semiamplexicaulibus sessilibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 98.

Habitat in humidis dumetosis ad fossas frequens ubique. Junio.

Obs. Folia, si forte suprema exceperis, vere sessilia non sunt, sed breviter petiolata, nec ideo amplexicaulia dicenda.

473. Stachys germanica.

S. verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule lanato. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 99.

Habitat in collibus siccis et pascuis dumetosis infrequens. — prope Neubrandenb. bey Broda auf dem Hof und bey Belvedere; nec non ad pagum kleinen Nemerow in der Koppel hinter dem Hof. Julio.

474. Stachys recta.

S. verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 104.

Habitat iisdem locis cum praecedente eodemque tempore.

475. Stachys arvensis.

S. verticillis sexfloris, foliis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 106.

Habitat in agris cultis inter segetes infrequens. —

ad oppidum Stargard auf dem Acker bey der Papiermühle. Augusto.

BALLOTA. (Ballote.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 975.

Cal. hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-striatus; Corollae lab. superius crenatum, concavum.

476. Ballota nigra.

B. foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 107.

Habitat ad muros sepes ubique. Julio. Augusto.

MARRUBIUM. (Andorn.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 976.

Cal. hypocrateriformis, rigidus, 10-striatus. Cor. lab. super. 2-fidum, lineare rectum.

** Calycibus 10-dentatis.

477. Marrubium vulgare.

M. foliis subrotundo-ovatis dentatis rugose-venosis, calycinis dentibus setaceis uncinatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 111.

Habitat in ruderatis, in pagis, praecipue in pago Jatzke frequentissime. Julio. Augusto.

LEONURUS. (Wolfstrapp.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 977.

Cal. 5-dentatus. Corollae lab. super. planum integrum; inferius 3-partitum: lacinia media indivisa.

478. Leonurus Cardiaca.

L. foliis cuneiformi-ovatis trilobis dentatis, corollis calyce pungente majoribus, lacinia media labii inferioris acuta. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 114.

Habitat in ruderatis, ad muros frequens, Neubrandenburg. Julio.

479. Leonurus Galeobdolon.

L. foliis subcordatis ovatis dentatis, verticillis sexfloris, corollis calyce subpungente majoribus, lacinia media labii inferioris acuta. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 115.

Galeopsis Galeobdolon Timm l. c. p. 115.

Habitat in sylvis umbrosis frequens. — prope Neubrandenburg im Nemerowschen und Mühlenholz. Majo.

Clinopodium. (Wirbelborste.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 980.

Involucrum multisetum, verticillo subjectum. Cal. bilabiatus. Corollae lab. super. planum, obcordatum rectum.

480. Clinopodium vulgare.

C. capitulis verticillatis, bracteis setaceis hispidis, foliis superne pilosis remote dentatis, caule subsimplici. L. Sp. P. ed. W. T. 2. p. 131.

Habitat in sylvis atque dumetis frequens. — Im Nemerowschen Holz. Julio. Aug.

ORIGANUM. (Dosten.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 981.

Strobilus 4-gonus, spicatus, calyces colligens. Corollae lab. super. erectum, planum; inferius 3-partitum, laciniis aequalibus.

481. Origanum vulgare.

O. spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 135.

Habitat in sylvis nemorosis. — Im Ihlenfeldschen und Nemerowschen Holz. Julio.

THYMUS. (Thymian.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 982.

Calycis bilabiati faux villis clausa.

482. Thymus Serpyllum.

T. floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 138.

Habitat in collibus, versuris atque nemoribus frequens. Junio.

Variat. 1) α. ciliatum, foliis longioribus ciliatis. — in collibus apricis.

2) γ. latifolium. — prope Neubr. im Mühlenholz.

3) ε. citrinum — ad pag. Pragsdorf am Wege nach Sponholz.

483. Thymus Acinos.

T. floribus verticillatis, pedunculis unifloris, cauli-

bus erectis subramosis, foliis oblongis acutis serratis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 142.
Habitat in collibus sterilioribus frequens. — prope Neubr. bey Belvedere und am Trollenhagenschen Berg. Junio.

SCUTELLARIA. (Helmkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 989.

Calyx ore integro, post florescentiam clauso, operculato.

484. Scutellaria galericulata.

S. foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 173.
Habitat in pratis paludosis nemorosis frequens. — prope Neubr. in den Wallbrüchen. Julio.

PRUNELLA. (Brunelle.)

L. G. P. ed. Shreb. No. 990.

Filamenta bifurca: altero apice antherifero. Stigma bifidum.

485. Prunella vulgaris.

P. foliis petiolatis oblongo-ovatis basi dentatis, calycis labio superiore truncato triaristato, caule adscendente. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 176.
Habitat in pratis, pascuis subhumidis ubicunque. Julio. Augusto.

ANGIOSPERMIA.

RHINANTHUS. (Klappertopf.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 997.

Cal. 4-fidus, ventricosus. Caps. 2-locularis, obtusa, compressa.

486. Rhinanthus Christa galli.

R. corollarum labio superiore emarginato bidentato, lacinia media labii inferioris brevissima. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 188.

Habitat in pratis siccioribus copiose. Julio. Aug.

EUPHRASIA. (Augentrost.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 998.

Cal. 4-fidus, cylindricus. Caps. 2-locularis, ovato-oblonga. Antherae inferiores altero lobo basi spinosae.

487. Euphrasia officinalis.

E. foliis ovatis obtuse dentatis, laciniis labii corollae inferioris emarginatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 193.

Habitat in pratis humidis frequens. — prope Neubrandenburg in den Brüchen am Stadtwall. Julio.

488. Euphrasia Odontites.

E. foliis lineari-lanceolatis serratis, laciniis labii corollae inferioris obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 194.

Habitat in pratis, ad fossas ubique. Julio. Augusto.

MELAMPYRUM. (Wachtelweitzen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 999.

Cal. 4-fidus. Corollae lab. superius compressum; margine replicato. Caps. 2-locularis, obliqua, hinc dehiscens. Sem. 2, gibba.

489. Melampyrum arvense.

M. spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis, calycum dentibus scabris, corollis clausis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 198.

Habitat in agris inter segetes frequens. — ad oppidum Woldegk et ad pagum Dewitz. Junio.

490. Melampyrum nemorosum.

M. floribus secundis lateralibus; bracteis dentatis cordato-lanceolatis: summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 198.

Habitat in nemoribus subhumidis frequens. — im Nemerowschen Holz. Junio.

491. Melampyrum pratense.

M. floribus axillaribus secundis, corollis clausis, foliis lanceolatis: floralibus hastatis. L. Sp. P. ed. W. T. 2. p. 199.

Habitat in pascuis nemorosis frequens. — Im Nemerowschen und Mühlenholz bey Neubr. Junio.

LATHRAEA. (Schuppenwurz.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1000.

Cal. 4-fidus. Glandula depressa, ad basin suturae germinis. Caps. 1-locularis.

492. Lathraea Squamaria.

L. caule simplicissimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. L. Sp. P. ed. W. T. 2. p. 201.

Habitat in sylvis umbrosis et collibus rarius. — prope Neubr. in dem Burgholz et ad oppidum Stargard in dem Hagen hinter dem Schloſs. Aprile. Majo.

PEDICULARIS. (Läusekraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1003.

Cal. 5-fidus. Caps. 2-locularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.

* Caule ramoso.

493. Pedicularis palustris.

P. caule ramoso, ſoliis pinnatis, pinnis pinnatifido-dentatis, calycibus ovatis inflatis bipartitis cristatis, corollae galea obtusa truncata. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 202.

Habitat in pratis paludosis haud infrequens. — prope Neubr. bey der Ihlenfeldschen Datz, et ad pagum Küssow auf den Wiesen hinter dem Hof. Julio. Augusto.

494. Pedicularis sylvatica.

P. caule basi ramoso, foliis pinnatis, pinnis acute dentatis, calycibus oblongis inflatis inaequaliter quinquefidis, cristatis corollae galea obtusa truncata, acute bidentata. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 203.

Habitat in pratis turfosis siccis infrequens. — ad

pa-

pagum Ballin auf der Wiese neben dem Hofgarten; et ad pag. Eichhorst hinter der Pfarrwiese bei Jatzke. Junio. Julio.

** Caule simplicissimo.

495. Pedicularis Sceptrum Carolinum.

P. caule simplici, foliis pinnatifidis, pinnis repandis crenulatis, calycibus quinquefidis cristatis, corollis clausis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 206.

Habitat speciosissima haec planta in pratis turfoso-paludosis frequens. — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Julio.

Antirrhinum. (Löwenmaul.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1007.

Cal. 5-phyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera; faux palato bipartio convexo clausa. Caps. 2-locularis.

*** Foliis alternis, capsulis multivalvibus.

496. Antirrhinum Linaria.

A. foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 253.

Habitat in versuris, pascuis humidis infrequens. — ad pagum Eichhorst hinter dem Hofgarten am See, et prope Neubrandenb. im Mühlenholz rarius. Julio.

Scrophularia. (Braunwurz.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 1014.

Cal. 5-fidus. Cor. subglobosa, resupinata. Caps. 2-locularis.

497. Scrophularia nodosa.

S. foliis cordatis trinervatis, caule obtusangulo. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 270.

Habitat in alnetis et pratis ad fossas: frequens. — prope Neubr. am Stadtwall. Junio.

498. Scrophularia aquatica.

S. foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 270.

Habitat iisdem locis cum praecedente, et im Mühlenholz. Junio. Julio.

Limosella. (Limosella.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 1039.

Cal. 5-fidus. Cor. 5-fida, aequalis. Stamina per paria approximata. Caps. 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

499. Limosella aquatica.

L. foliis lanceolato-spathulatis scapis foliis brevioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 341.

Habitat in cultis humidis et inundatis exsiccatis frequens. — ad pagum Bredenfelde im Pfarrgarten am Hause, et in pagis Lichtenberg et Eichhorst am Rande der Teiche. Julio. Aug.

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSAE.

Myagrum. (Leindotter.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1069.

Silicula stylo conico terminata, loculo submonospermo.

500. Myagrum sativum.

M. siliculis obovatis pedunculatis polyspermis, foliis amplexicaulibus pilosis integerrimis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 408.

Habitat in collibus incultis frequens. — prope Neubr. auf dem Acker vor dem Stargard. Thor am Mühlenholz. Junio.

501. Myagrum paniculatum.

M. siliculis subrotundo-globosis reticulato-rugosis, foliis lanceolatis subdentatis sagittatis amplexicaulibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 409.

Habitat inter segetes aestivas et in ruderatis. Junio.

Draba. (Hungerblümchen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1076.

Silicula integra, ovali-oblonga, valvis planiusculis, dissepimento parallelis. Stylus nullus.

* Caule nudo.

502. Draba verna.

D. foliis oblongis acutiusculis subserratis subhirtis,

scapo nudo, petalis bifidis, stigmate sessili. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 426.

Habitat in arenosis apricis, cultis ubique. Aprile. Majo.

LEPIDIUM. (Kresse.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1077.

Silicula emarginata, cordata, polysperma: valvulis carinatis, dissepimento contrariis.

503. Lepidium latifolium.

L. foliis ovato-lanceolatis, integris serratis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 436.

Habitat in ruderatis solo fertiliori frequens. — in pago Lübbersdorf auf dem Hofe an den Gebäuden und Zäunen. Junio. Julio.

THLASPI. (Täeschelkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1078.

Silicula emarginata, obcordata, polysperma: valvulis navicularibus marginato-carinatis.

504. Thlaspi arvense.

T. siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 442.

Habitat inter segetes aestivas frequens. Junio. Julio.

505. Thlaspi Bursa pastoris.

T. siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 447.

Habitat in ruderatis, ad vias ubicunque. Majo. Junio.

Cochlearia. (Löffelkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1079.

Silicula emarginata, turgida, scabra: valvulis gibbis obtusis.

506. Cochlearia Armoracia.

C. foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incisis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 451.

Habitat in cultis, hortis, ad fossas frequens. — prope Neubr. vor dem Trept. Thor zwischen den Gärten. Junio. Julio.

Iberis. (Bauernsenf.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1080.

Cor. irregularis: petalis duobus exterioribus majoribus. Silicula polysperma, emarginata.

507. Iberis nudicaulis.

I. herbacea, foliis sinuatis, caule nudo simplici. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 458.

Habitat in agris cultis arenosis Neobrandenburgens. Majo.

Alyssum. (Steinkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1081.

Filamenta quaedam introsum denticulo notata. Silicula emarginata.

** Herbacea.

508. Alyssum incanum.

A. caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis, petalis bifidis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 463.

Habitat in campis arenosis elatis infrequens. — ad pagos Glienke et Warlin ohnweit der Grenze; auch am Wege von Warlin nach Rühlow. Julio. Augusto.

SILIQUOSAE.

Dentaria. (Zahnwurz.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1087.

Siliqua elastice dissiliens valvulis revolutis. Stigma emarginatum. Cal. longitudinaliter connivens.

509. Dentaria bulbifera.

D. foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 479.

Habitat in sylvis nemorosis frequens. — prope Neubr. im Brodaschen und Nemerowschen Holz. Majo.

Cardamine. (Schaumkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1088.

Siliqua elastice dissiliens valvulis revolutis. Stigma integrum. Cal. subhians.

*** Foliis pinnatis.

510. Cardamine pratensis.

C. foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; caulinis lanceolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 487.

Habitat in pratis udis copiose. Majo.

SISYMBRIUM. (Rauke.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1089.

Siliqua dehiscens valvulis rectiusculis. Cal. patens. Cor. patens.

* Siliquis declinatis brevibus.

511. Sisymbrium Nasturtium.

S. siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis subcordatis. L. Sp. P. W. ed. T. 3. p. 489.

Habitat ad rivulos, in fossis frequens. Junio. Julio.

512. Sisymbrium sylvestre.

S. siliquis declinatis, foliis pinnatis; foliolis lanceolatis serratis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 489.

Habitat in humidis ad fossas frequens. Junio.

513. Sisymbrium palustre.

S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis, petalis calyce brevioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 490.

Habitat in agrorum fossis exsiccatis frequens. Julio. Aug.

514. Sisymbrium amphibium.

S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidisve serratis, petalis calyce longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 491.

Habitat in fossis et piscinis frequens. Junio.

Variat. α. foliis infimis capillaceis, summis pinnatifidis. — in aquis profundis — prope pagum Mildenitz in dem Wolfshagenschen See.

γ. terrestre, foliis variis. — in agris humidis cultis.

**** Foliis pinnatis.

515. Sisymbrium Sophia.

S. petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 500.

Habitat in ruderatis, ad sepes ubique. Julio.

ERYSIMUM. (Hederich.).

L. G. P. ed. Schreb. No. 1090.

Siliqua columnaris exacte tetraëdra. Cal. clausus.

516. Erysimum officinale.

E. siliquis spicae adpressis, foliis runcinatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 509.

Habitat in ruderatis, ad sepes, muros, frequens. — Neobrandenburgi an der Stadtmauer. Junio.

517. Erysimum Barbarea.

E. foliis inferioribus lyratis, lobo terminali rotundato, superioribus obovatis dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 509.

Habitat in agris, cultis infrequens. — prope Neubrandenb. et ad pagum Ballin. Majo.

518. Erysimum Alliaria.

E. foliis cordatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 510.

Habitat in dumetis, ad sepes frequens. — prope Neubr. auf dem Wall et ad oppidum Stargard. Aprile. Majo.

519. Erysimum cheiranthoides.

E. foliis lanceolatis integerrimis, siliquis patulis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 511.

Habitat in cultis, ruderatis, hortis frequens. Julio.

Variat. 1. caule fere simplici graciliore, et caule ramoso robustiore.
2. foliis obsolete dentatis.

ARABIS. (Gänsekraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1094.

Glandulae nectariferae 4, singulae intra calycis foliola, squamae instar reflexae.

520. Arabis thaliana.

A. foliis radicalibus oblongis petiolatis, caulinis lanceolatis sessilibus, caule erecto basi hirto, petalis calyce duplo longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 535.

Habitat in agris arenosis frequens inter segetes. Majo.

TURRITIS. (Thurmkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1095.

Siliqua longissima angulata. Cal. connivens erectus. Cor. erecta.

521. Turritis glabra.

T. foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 542.

Habitat in apricis dumetosis infrequens. — ad pagum Broda in dem Gebüsch bei Belvedere. Junio.

522. Turritis hirsuta.

T. foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus medio dentatis, ramis erectis strictis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 543.

Habitat in collibus et pascuis graminosis passim. — prope Neubrandenburg am Stargard. Berg et ad pagum klein Nemerow in der Koppel hinter dem Hof. Junio.

BRASSICA. (Kohl.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1096.

Cal. erectus, connivens. Semina globosa. Glandula inter stamina breviora et pistillum interque longiora et calycem.

* Stylo obtusiusculo.

523. Brassica campestris.

B. radice cauleque tenui, foliis cordato-acuminatis amplexicaulibus: inferioribus lyratis dentatis subhispidis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 546.

Habitat in agris inter segetes aestivas passim. Junio. Julio.

524. Brassica Napus.

B. radice caulescente fusiformi, foliis laevibus: superioribus cordato-lanceolatis amplexicaulibus, inferioribus lyratis dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 547.

Habitat in agris inter segetes tam aestivas quam hybernas, haud infrequens — ad pagos Kuhblanck, Helpt, et kleinen Daberkow. Julio.

SINAPIS. (Senf.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1097.

Cal. patens. Corollae ungues recti. Glandula inter stamina breviora et pistillum interque longiora et calycem.

525. Sinapis arvensis.

S. siliquis multangulis toroso-turgidis rostro ancipiti longioribus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 554.

Habitat in agris inter segetes aestivas nimis frequens. Junio. Julio.

526. Sinapis alba.

S. siliquis hispidis: rostro obliquo longissimo ensiformi. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 555.

Habitat in ruderatis, ad sepes rarius. — ad pagum Eichhorst in der Koppel neben dem Hof. Julio. Augusto.

Obs. Hanc plantam indigenis adnumerare omnino non haesitavi, quam per plures annos in loco indicato sponte provenientem vidi, quamvis primarie eam ex horto cum rejectamentis transmigrasse negari forsan non possit.

RAPHANUS. (Rettig.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1098.

Cal. clausus. Siliqua torosa, subarticulata, teres. Glandulae melliferae 2, inter stamina breviora et pistillum, totidem inter stamina longiora et calycem.

527. Raphanus Raphanistrum.

R. foliis lyratis, siliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 560.

Habitat in agris inter segetes aestivas frequens. Junio.

Classis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

Erodium. (Reiherschnabel.)

Aiton Hort: Kewens. Vol. 2. p. 414.

Cal. 5-phyllus. Cor. 5-petala. Nectarium squamulae 5. cum filamentis alternantes, et glandulae melliferae basi staminum insidentes. Arilli 5, monospermi aristati ad basin receptaculi rostrati; aristis spiralibus introrsum barbatis.

* Foliis compositis pinnatis pinnatifidisque.

528. Erodium cicutarium.

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis incisis, corollis calyce majoribus, caule hirto prostrato. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 132.

Geranium cicutarium. Timm. l. c. p. 132.

Habitat in collibus arvisque apricis frequens. — prope Neubr. bei Belvedere und am Trollenhag. Berg. Junio.

529. Erodium pimpinellifolium.

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis ovatis sessilibus inciso-dentatis, corollis calyce minoribus, aristis glabris, caule decumbente subpiloso. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 630.

Habitat in arenosis sterilissimis infrequens. — prope Neubrandenburg am Wege nach Küssow. Junio.

DECANDRIA.

GERANIUM (Storchschnabel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1118.

Cal. 5-phyllus. Cor. 5-phylla regularis. Nectar. glandulae 5, melliferae basi longiorum filamentorum adnatae. Arilli 5, monospermi aristati ad basin receptaculi rostrati. Aristis nudis simplicibus (nec spiralibus nec barbatis.)

** Perennia, pedunculis bifloris.

530. Geranium palustre.

G. pedunculis bifloris longissimis declinatis, foliis quinquelobis dentatis, caule decumbente adscendente, petalis integris. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 703.

Habitat in humidis ad fossas frequens. — prope Neubr. in den Wallbrüchen und in der Brodaschen Straſse. Julio.

*** Annua, pedunculis bifloris.

531. Geranium molle.

G. pedunculis bifloris, foliis reniformibus: radicalibus novemlobis, caulinis septemlobis: lobis trifidis, petalis bifidis longitudine calycis mutici, arillis glabris transversim rugosis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 710.

Habitat in ruderatis, ad sepes frequens. — prope Neubr. vor dem Stargard. Thor an den Gärten. Junio. Julio.

532. Geranium columbinum.

G. pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinque-partitis, lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, arillis glabris laevibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 711.

Habitat in agris incultis frequens. — prope Neubr. auf dem Acker am Mühlenholz. Julio.

533. Geranium dissectum.

G. pedunculis bifloris, quinque-partitis: lobis trifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, pilosis: pilis glanduliferis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 712.

Habitat in agris incultis rarius. — cum praecedente. Julio.

534. Geranium rotundifolium.

G. pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis aristati, foliis radicalibus reniformibus septemlobis, caulinis subrotundis basi truncatis quinquelobis trifidis, aristis hirsutis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 712.

Habitat in hortis, agris cultis frequens. Julio. Aug.

535. Geranium robertianum.

G. pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis, petalis integris calyce aristato duplo longioribus, arillis reticulatis. L. Sp. P. ed. T. 3. p. 714.

Habitat in nemorosis humidiusculis, ad muros ubique. Julio.

POLYANDRIA.

Malva. (Malve.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1134.

Cal. duplex: exterior triphyllus. Caps. plurimae monospermae.

** Foliis angulatis.

536. Malva rotundifolia.

M. caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 786.

Habitat in ruderatis, ad muros copiose, aestate.

537. Malva sylvestris.

M. caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 787.

Habitat in agris inter segetes, ad sepes frequens. Junio. Julio.

538. Malva Alcea.

M. caule erecto, foliis inferioribus angulatis, superioribus quinque-partitis scabriusculis, calycis exterioris foliis oblongis obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 790.

Habitat inter segetes et ad sepes passim. — ad pagum Warlin am Wege nach Rühlow bei dem Mühlenteich am Zaune. Junio. Julio.

Classis XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

FUMARIA. (Erdrauch.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1154.

Cal. 2-phyllus. Cor. ringens. Filamenta 2, membranacea, singula Antheris 3.

* Corollis unicalcaratis.

539. Fumaria bulbosa.

F. caule simplici, racemo terminali bracteis oblongis pedunculo longioribus, foliis biternatis oblongis acutiusculis, radice tuberosa cava. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 860.

Habitat in nemoribus graminosis frequens. — prope Neubr. im Burgholz. Aprile. Majo.

540. Fumaria fabacea.

F. caule simplici, racemo terminali, bracteis subrotundis longitudine florum, calcare corollae recto, foliis biternatis, radice tuberosa. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 862.

Habitat in umbrosis graminosis infrequens. — prope Neubrandenburg auf dem Wall. Aprile.

541. Fumaria Halleri.

F. caule simplici, racemo terminali bracteis cuneatis digitatis pedunculo longioribus, foliis biternatis radice tuberosa. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 863.

Habi-

Habitat in graminosis umbrosis rarius. — prope Neubr. auf dem Wall cum praecedente. Aprile.

542. Fumaria officinalis.

F. caule ramoso diffuso, siliquis globosis monospermis retusis, foliis supradecompositis: foliolis cuneiformi-lanceolatis incisis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 867.

Habitat in cultis agris hortisque frequens. Julio. Augusto.

OCTANDRIA.

POLYGALA. (Polygala.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1155.

Cal. 5-phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. Legumen obcordatum biloculare.

* Cristatae, (floribus appendice penicilliformi.)

543. Polygala vulgaris.

P. floribus cristatis racemosis, alis calycinis trinerviis obtusis longitudine corollae, caulibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis acutiusculis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 873.

Habitat in pascuis sylvaticis siccis frequens ubique. Majo.

Variat. flore albo, coeruleo et incarnato.

DECANDRIA.

Spartium. (Pfriemen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1166.

Stigma longitudinale supra villosum. Filamenta germini adhaerentia. Cal. deorsum productus.

* Foliis ternatis.

544. Spartium scoparium.

S. foliis ternatis solitariisque oblongis, floribus axillaribus, leguminibus margine pilosis, ramis angulatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 933.

Habitat in sylvis et agris arenosis frequens. — ad pagos Jatzke et Eichhorst. Junio.

Genista. (Ginster.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1167.

Cal. bilabiatus: dentibus binis superioribus brevissimis. Vexillum oblongum a pistillo staminibusque deorsum reflexum.

* Inermes.

545. Genista tinctoria.

G. foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus striatis erectis, leguminibus glabris. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 939.

Habitat in ericetis frequens. Junio. Julio.

** Spinosae.

546. Genista germanica.

G. spinis verrucoso-compositis, ramis floriferis iner-

mibus, foliis lanceolatis hirsutis, racemis terminalibus nudis, carina pubescente. L. Sp. Pl. ed. W. T. 3. p. 944.

Habitat in nemorosis montosis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz am hohen Ufer. Majo. Junio.

ONONIS. (Hauhechel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1173.

Cal. 5-partitus: lanciniis linearibus. Vexillum striatum. Legumen turgidum sessile. Filamenta coronata absque fissura.

* Floribus subsessilibus.

547. Ononis spinosa.

O. floribus subgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis, lanceolatis serratis, ramisque spinosis villosis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 989.

Habitat in campis arenosis ad vias frequens. — ad pagum Küssow et alibi. Julio.

548. Ononis hircina.

O. floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis serratis pubescentibus, caule enermi villoso-viscoso. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 989.

Ononis arvensis Timm l. c. p. 140.

Habitat in sylvaticis infrequens. — ad pagum Jatzke am Wege nach Eichhorst et in den Eichhorst. Tannen am Wege nach Glienke. Augusto.

Obs. Cel. Roth caulem semper inermem esse di-

cit, quod quidem omnino non ita invenio: in meis speciminibus caulis praesentim inferius spinis raris obsessus est; rami autem omnino semper inermes reperiuntur, qui insuper longiores, flaccidiores, viscidi magisque herbacei sunt quam in Ononide spinosa.

Anthyllis. (Wollblume.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1174.

Cal. ventricosus. Legumen subrotundum, tectum, 1-s. 3-spermum.

* Herbaceae.

549. Anthyllis Vulneraria.

A. herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1013.

Habitat in agris incultis sat frequens. — prope Neubrandenburg vor dem Stargard. Thor auf dem Acker am Mühlenholz. Julio.

Orobus. (Walderbse.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1185.

Stylus linearis. Cal. basi obtusus: laciniis superioribus profundioribus, brevioribus.

550. Orobus vernus.

O. foliis pinnatis trijugis ovatis acuminatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1073.

Habitat in nemoribus frequens. — Im Nemerowschen und Brodaschen Holz. Majo.

551. Orobus tuberosus.

O. foliis pinnatis, tri-quadrijugisve lanceolatis stipulis semisagittatis integerrimis, caule alato. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1074.

Habitat in nemoribus infrequens. — Im Nemerowschen und Staavenschen Holz. Majo.

552. Orobus niger.

O. caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1076.

Habitat in nemorosis frequens. — Im Nemerowschen und Brodaschen Holz. Majo. Junio.

LATHYRUS. (Platterbse.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1186.

Stylus planus supra villosus superne latior. Calycis laciniae superiores 2. breviores.

*** Pedunculis multifloris.

553. Lathyrus pratensis.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1089.

Habitat in pratis dumetosis ad sepes frequens. — prope Neubrandenb. im Werderbruch. Junio.

554. Lathyrus sylvestris.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1089.

Habitat in sylvis montosis frequens. — prope Neubrandenburg im Mühlenholz et in der Mildenitzer Heide. Julio.

VICIA. (Wicke.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1187.

Stigma latere inferiore transverse barbatum.

* Pedunculis elongatis.

555. Vicia pisiformis.

V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis: infimis sessilibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1093.

Habitat in collibus dumetosis et sylvis frequens. — prope Neubrandenb. im Nemerowschen Holz gleich vorn, und am Trollenhag. Berg. Julio.

556. Vicia dumetorum.

V. pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, stipulis subdentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1095.

Habitat ad sepes inque dumetis frequens. — prope Neubrandenburg an den Gärten hinter der Heidmühle. Julio.

557. Vicia sylvatica.

V. pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1095.

Habitat in sylvis nemorosis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz gleich am Eingang und im Mühlenholz. Julio.

558. Vicia Cracca.

V. pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis foliolis lanceolatis obtusis, stipulis se-

misagittatis lineari - subulatis integerrimis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1098.

Habitat in sepibus dumetis ubique. Julio. Aug.

559. Vicia tenuifolia.

V. pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis linearibus glabriusculis trinerviis, stipulis linearibus integerrimis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1099.

Habitat in sylvaticis arenosis rarius. — ad pagum kleinen Nemerow in der Koppel hinter dem Hof. Julio. Augusto.

** Floribus axillaribus subsessilibus.

560. Vicia sativa.

V. leguminibus sessilibus subbinatis, foliolis oblongo - ovatis truncatis mucronatis, stipulis dentatis notatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1104.

Habitat inter segetes aestivas frequens. Junio.

561. Vicia angustifolia.

V. leguminibus sessilibus subbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retusis emarginatis, superioribus linearibus apice integerrimis, stipulis dentatis, seminibus globosis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1105.

Habitat inter segetes et in sylvaticis frequens; Neobrandenburgi et im Sponholzer Gehölz. Junio.

Variat. floribus solitariis.

562. Vicia lathyroides.

V. leguminibus sessilibus solitariis erectis glabris,

foliolis senis: inferioribus obcordatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1106.

Habitat in collibus apricis frequens. — prope Neubrandenb. bey Belvedere. Aprile. Majo.

563. Vicia sepium.

V. leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decrescentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 2. p. 1109.

Habitat in sepibus atque dumetis frequens. — prope Neubr. auf dem Stadtwall. Junio.

Ervum. (Erve.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1188.

Cal. 5-partitus. Stigma capitatum, undique pilosum.

564. Ervum tetraspermum.

E. pedunculis subbifloris, leguminibus glabris tetraspermis, foliolis oblongis truncatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1112.

Habitat in agrorum versuris frequens. — ad pagum Jatzke et alibi. Julio. Aug.

565. Ervum hirsutum.

E. pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis linearibus obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1113.

Habitat in agris incultis passim. — prope Neubr. auf dem Wall. Junio.

ORNITHOPUS. (Vogelfuſs.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1199.

Lomentum articulatum, teres, arcuatum.

566. Ornithopus perpusillus.

O. foliis pinnatis, floribus capitatis bractea suffultis, lomentis teretiusculis incurvatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1155.

Habitat in agris arenosis cultis incultisque frequens. — prope Neubr. auf dem Acker am Mühlenholz. Junio.

ASTRAGALUS. (Traganth.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1208.

Legumen plerumque biloculare, gibbum. Semina biserialia.

**** Caulibus foliolis diffusis.

567. Astragalus Cicer.

A. caulescens prostratus, foliolis glabriusculis oblongis obtusis mucronatis, stipulis lanceolatis, racemis pedunculatis folio longioribus, leguminibus subgloboso inflatis mucronatis pubescentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1275.

Habitat in sylvaticis dumetosis rarius. — In der Mildenitzer Heide in einer Schonung an der Wolfshagenschen Grenze. Julio.

568. Astragalus glycyphyllos.

A. caulescens prostratus, foliolis glabris ovatis obtusis mucronatis, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus

subtriquetris arcuatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1276.

Habitat in sylvis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz und in der Mildenitzer Heide. Julio. Augusto.

TRIFOLIUM. (Klee.)

L. G. P. ed. Shreb. No. 1211.

Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

* Meliloti leguminibus nudis polyspermis, floribus racemosis.

569. Trifolium officinale.

T. leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, stipulis lanceolato-subulatis indivisis, caule erecto. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1355.

T. Melilotus officinalis Timm l. c. p. 143.

Habitat in campis et ruderatis frequens. — ad pagum kleinen Nemerow. Julio.

Variat. flore albo. — prope Neubr. am Wege nach Küssow. Junio.

** Lotoidea, leguminibus rectis polyspermis.

570. Trifolium hybridum.

T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus subaequalibus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule adscendente. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1359.

Habitat in subhumidis passim. — prope Neubr. im Brüderbruch et ad pagum Bredenfelde an der Ballinschen Grenze am Wege. Julio.

571. Trifolium repens.

T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus superioribus brevioribus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule repente. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1359.

Habitat in pascuis graminosis ubique. Junio.

*** Lagopoda, calycibus villosis.

572. Trifolium pratense.

T. spicis densis ovatis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae inaequalis breviore, stipulis aristatis, foliolis ovalibus subintegerrimis, caule adscendente. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1366.

Habitat in pratis, ad fossas, in agris fertilioribus. frequens. Junio.

Variat. flore albo.

573. Trifolium medium.

T. spicis laxis subglobosis solitariis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis striato-venosis, caulibus ramosis flexuosis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1367.

Habitat in agris argillosis frequens. — ad oppidum Woldegk an der Wolfshagenschen Grenze am Wege. Julio.

574. Trifolium alpestre.

T. spicis densis subglobosis subgeminatis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis setaceis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis striato-venosis, caulibus

simplicissimis strictis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1368.

Habitat in nemoribus frequens. — Im Nemerowschen und Mühlenholz bey Neubr. Junio.

575. Trifolium arvense.

T. spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis corolla longioribus, foliolis obovato-linearibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1373.

Habitat in agris cultis humidis post messem copiose.

**** Vesicaria, calycibus inflatis ventricosis.

576. Trifolium fragiferum.

T. capitulis subrotundis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis binis reflexis, caulibus repentibus, foliolis obovatis obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1380.

Habitat in pascuis siccioribus frequens — prope Neubr. auf der Kuhweide gleich vorn. Julio. Augusto.

***** Lupulina, vexillis corollae inflexis.

577. Trifolium montanum.

T. spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1381.

Habitat in collibus argillosis nemorosis ubique. Julio.

578. Trifolium agrarium.

T. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis-lanceolato-cuneatis, intermedio sessili. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1382.

Habitat in campis humidis et nemoribus passim. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz. Junio. Julio.

579. Trifolium procumbens.

T. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus sulcatis, caulibus procumbentibus, foliolis obovatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1383.

Habitat in pascuis siccis nemorosis frequens. — prope Neubr. auf dem Wall und im Brodaschen Holz. Junio.

580. Trifolium filiforme.

T. spicis capitatis hemisphaericis, vexillis persistentibus laevibus, caulibus procumbentibus, foliolis obcordatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1384.

Habitat in arenosis humidis haud infrequens. — prope Neubr. an dem Tollensee bey dem Nemerowschen Holz. Junio.

Obs. Trifolium agrarium, spadiceum, procumbens et filiforme, quamvis re vera a se invicem diversa, ab ineuntibus botanophilis aegre tantum extricantur; in horum ideo commodum liceat paulo fusiorem eamque comparativam adnectere descriptionem.

1. T. agrarium: caulis erectus semipedalis ad bipedalem glabriusculus robustus; foliola ovata obtusa apice leviter emarginata sessilia (intermedio rarius tantum breviter petiolato); stipulae lanceolatae acuminatae glabrae, apice tantum pilis longis obsessae.

2. T. spadiceum: caulis erectus semipedalis et paulo major pubescens, foliola ovalia retusa, altius emarginata, intermedio longe petiolato; stipulae ovatae acutae ciliatae; flores spadicei, deflorati ferruginei; caeterum tota planta, exceptis floribus ac foliolis, villoso-hirsuta.

3. T. procumbens: caulis procumbens villosus ramosior; foliola obovalia subrotunda emarginata, cum spinula intermedia, omnia petiolata, petiolo intermedio ultra-unciali; pedunculi rigidi recti hirsuti; stipulae ovatae acuminatae ciliatae, interdum recurvatae; capitula florum dense imbricata, 15- ad 20-flora; vexillum rugosum quasi plicatum; calycis dentes maxime villosi.

4. T. filiforme: caulis adscendens suberectus subsimplex; petioli multo breviores quam in antecedente; foliola magis obcordata profundius emarginata; stipulae minores haud ita villosae; pedunculi tenuiores filiformes; capitula florum minora laxe imbricata 5- ad 15-flora; flores minores pedicellati minusque rugosi.

Lotus. (Schotenklee.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1212.

Legumen cylindricum strictum. Filamenta cuneiformia. Alae sursum longitudinaliter conniventes. Cal. tubulosus.

** Pedunculis multifloris in capitulum.

581. Lotus corniculatus.

L. capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1395.

Habitat in collibus atque versuris frequens. — prope Neubr. bey Belvedere. Julio. Aug.

MEDICAGO. (Schneckenklee.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1214.

Legumen compressum, cochleatum. Carina corollae a vexillo deflectens.

* Medicagines leguminibus lunatis subcontortis.

582. Medicago sativa.

M. pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato - contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1404.

Habitat in campis cultis et incultis passim. — ad pagum Ballin auf dem Acker hinter dem Hofgarten; et ad pagum Lübbersdorf. Julio. — an vere nobis indigena planta?

583. Medicago falcata.

M. pedunculis racemosis, leguminibus contorto - falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1405.

Habitat in agris ad vias inque dumetis passim — ad pagum Küssow bey dem Hohlweg. Junio. Julio.

584. Medicago lupulina.

M. spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis.

Habitat in agris arenosis incultis frequens ubique. Junio.

** Medicae leguminibus cochleatis.

585. Medicago minima.

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis pilosis, aculeis subulatis rectis uncinatis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis dentatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1418.

Habitat in collibus apricis argillosis frequens. — prope Neubrandenburg bey Belvedere und am Trollenhagen. Berg. Junio.

Clas-

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

HYPERICUM. (Hartheu.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 1224.

Cal. 5-partitus. Petala 5. Filamenta multa, in 5. phalanges basi connata. Caps. 3-5-locularis.

** Trigyna, calycibus integerrimis.

586. Hypericum quadrangulare.

H. floribus trigynis, caule quadrangulo herbaceo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1459.

Habitat in nemorosis humidis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz. Julio.

587. Hypericum dubium.

H. floribus trigynis, caule obsolete quadrangulo, foliis obtusis epunctatis, foliolis calycinis ellipticis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1460.

Habitat ad pratorum margines in nemorosis frequens. — ad pagos Krumbek et kleinen Nemerow, et in den Liepenschen Tannen am Wege nach Eichhorst. Julio.

588. Hypericum perforatum.

H. floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis

pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1460.

Habitat in pratis, campis ubique. Julio. Augusto.

Variat. foliis angustioribus linearibus. — in arenosis.

589. Hypericum humifusum.

H. floribus trigynis terminalibus subcymosis axillaribus solitariis, caulibus prostratis ancipitibus herbaceis, foliis oblongis obtusis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1461.

Habitat in agris arenosis post messem copiose. Julio. Augusto.

*** Trigyna, calycibus bracteisque serrato-glandulosis.

590. Hypericum montanum.

H. floribus trigynis corymboso-paniculatis terminalibus, calycibus serrato-glandulosis, foliis oblongis amplexicaulibus impunctatis, margine nigro-maculatis, caule tereti erecto. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1463.

Habitat in nemoribus montosis passim. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz. Julio. Aug.

Classis XIX.

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

TRAGOPOGON. (Bocksbart.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1229.

Receptaculum nudum. Cal. simplex polyphyllus. Pappus plumosus stipitatus.

* Caulescentes.

591. Tragopogon pratensis.

T. calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris strictis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1492.

Habitat ad sepes inque dumetis frequens. Julio. Augusto.

SONCHUS. (Gänsedistel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1233.

Receptaculum nudum. Cal. imbricatus, ventricosus. Pappus pilosus sessilis.

592. Sonchus arvensis.

S. pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi cordatis. L. Sp. P. ed. W. T. 3. p. 1512.

Habitat in agris subhumidis inter segetes frequens. Julio.

Variat. caule, pedunculis calycibusque glaberrimis. — prope Neubrandenburg am Stargard. Bruch et ad pagum Jatzke in pratis.

593. Sonchus oleraceus.

Habitat in pratis hyeme inundatis paludosis passim — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide gegen Woggersin. Majo.

730. Betula Alnus.

B. pedunculis ramosis. L. Roth. l. c. p. 476.

Habitat in nemorosis humidis ubicunque. Aprile.

731. Betula humilis.

B. foliis utrinque glabris simpliciter serratis: serraturis grossiusculis, pedunculis simplicibus, squamis calycinis laevibus. Schrank. Roth l. c. p. 478.

Habitat in pratis paludosis hyeme inundatis frequens. — prope Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Majo.

Variat. foliis duplo majoribus subcartilagineis sub-

tus rubiginosis. — prope pagum Neddemin et ad oppidum Friedland.

Obs. Flora nostra hoc nitido frutice abundat, qui alias in Germania haud frequenter occurrit et vix in Ducatu Megap. Swerinensi lectus est.

URTICA (Nessel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1422.

Mas. cal. 4-phyllus, cor. o. Nectarium centrale cyathiforme. Foem. Cal. 2-valvis, cor. o. Semen 1. nitidum.

732. Urtica urens.

U. foliis oppositis ovalibus. L. Roth l. c. p. 473.
Habitat in cultis, ad sepes ubique. Junio. Julio.

733. Urtica dioica.

U. foliis oppositis cordatis, racemis geminis. L. Roth. l. c. p. 474.
Habitat in ruderatis ad sepes frequens. Junio.

PENTANDRIA.

XANTHIUM. (Spitzklette.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1426.

Mas. Cal. communis imbricatus; Cor. composita; propria 1-petala, 5fida infundibuliformis; Recept. paleaceum. Foem. Cal. involucr. 2-phyllum, 2-florum; Cor. o. drupa sicca 2-fida, Nucleo 2-loculari.

734. Xanthium strumarium.

X. caule inermi, foliis cordatis trinerviis. L. Roth l. c. p. 492.

Habitat in ruderatis udis passim. — prope Neubr. an der Stadtmauer et ad pagum kl. Nemerow am Hof. Julio. Augusto.

AMARANTHUS (Amaranth.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1431.

Mas. Cal. 3-5-phyllus; Cor. 0; Stam. 3-5; Foem. ut in mare; styli 3; Caps. 1-locularis, circumscissa. Sem. 1.

735. Amaranthus Blitum.

A. glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso. L. Roth. l. c. p. 471.

Habitat in hortis oleraceis et ruderatis frequens. Neobrandenburgi. Julio.

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLUM. (Wasserhorn.)
L. G. P. ed. Schreb. No. 1439.

Mas. Cal. multipartitus; Cor. 0; Stamina 16-20. Foem. ut in mare; Drupa ovata, nux 1-locularis.

736. Ceratophyllum demersum.

C. foliis dichotomo-bigeminis, fructibus trispinosis. L. Roth. l. c. p. 483.

Habitat in lacubus et piscinis infrequens. — ad pagum Mildenitz in dem See an der Wolfshagenschen Grenze und in dem Teich bei der Brandmühle. Julio.

Myriophyllum. (Wassergarbe.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1440.

Mas. Cal. 4-phyllus; Cor. 0; Stam. 8. Foem. ut in mare; Germ. 4.

737. Myriophyllum spicatum.

M. floribus masculis interrupte spicatis. L. Roth l. c. p. 481.

Habitat in aquis stagnantibus frequens. — prope Neubr. im Tollensee und bey Mildenitz am Wolfshagen. See. Augusto.

738. Myriophyllum verticillatum.

M. floribus omnibus verticillatis hermaphroditis. L. Roth l. c. p. 482.

Habitat in fossis aqua stagnante repletis haud infrequens. — prope Neubr. auf der Kuhweide und an der Brodaschen Straſse. Julio.

Sagittaria. (Pfeilkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1441.

Mas. Cal. triphyllus; Cor. 3-petala; filamenta 24 — 30. Foem. ut in mare; Capsulae utriculares numerosissimae; Sem. teretiusculum, conduplicatum.

739. Sagittaria sagittifolia.

S. foliis sagittatis acutis. L. Roth l. c. p. 480.

Habitat in piscinis fossis et aquis stagnantibus ubicunque. Julio.

Poterium. (Becherblume.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1445.

Mas. Cal. 4-phyllus; Cor. 4-partita; Stam. 30 — 40. Foem. ut in mare; Stigmata penicilliformia.

740. Poterium Sanguisorba.

P. inerme, caulibus subangulosis. L. Roth l. c. p. 485.

Habitat in collibus apricis passim. — prope Neubr. am Stargard. Berg et ad pagum klein. Nemerow. Junio. Julio.

Quercus. (Eiche.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1447.

Mas. Cal. 5-fidus: laciniis saepe bifidis. Cor. o; stam. 5 — 10. Foem. involucr. squamis imbricatis in cupulam coalitis; cal. minimus 6-fidus; Cor. o; stigmata 3 — 5; nux ovata excepta cupula.

741. Quercus Robur.

Q. foliis deciduis oblongis superne latioribus: sinubus acutioribus, angulis obtusis. L. Roth l. c. p. 487.

Habitat in sylvis et nemoribus. Majo.

742. Quercus pedunculata.

Q. foliis subpetiolatis oblongis obtusis pinnato-sinuatis, fructibus subsolitariis longe pedunculatis. Roth l. c. p. 488.

Habitat cum priori. Aprile. Majo.

F a g u s. (Buche.)

L. G. P. ed. S c h r e b. No. 1448.

M a s. Cal. 1-phyllus subsexfidus; Cor. 0; stamin. 5—20. F o e m. involucr. 1-phyllum, 4-fidum, 2-florum, muricatum. Cal. superus, 6-fidus; nux triquetra 1-locularis.

743. F a g u s sylvatica.

F. foliis ovatis obsolete serratis. L. R o t h l. c. p. 489.

Habitat in nemoribus. Majo.

C a r p i n u s. (Hainbuche.)

L. G. P. ed. S c h r e b. No. 1449.

M a s. Cal. squama ovata concava ciliata; Cor. 0; stam. plura. F o e m. squama apice reflexa; involucr. 1-phyllum 6-fidum; laciniis inaequalibus; Cal. 3-dentatus superus; nux tecta involucro persistente apice 6-fido.

744. C a r p i n u s Betulus.

C. squamis strobilorum planis. L. R o t h. l. c. p. 491.

Habitat in nemoribus. Aprile. Majo.

C o r y l u s. (Haselstaude.)

L. G. P. ed. S h r e b. No. 1450.

M a s. Amentum ex squamis trifidis 1-floris; Cor. 0; stam. 6—8. F o e m. amentum subglobosum, involucr. 2-phyllum lacerum; Cal. obsoletus ex margine epidermidis nucis brevissimo; Cor. 0; styli 2.; nux ovata, basi derasa.

745. Corylus Avellana.

C. stipulis ovatis obtusis. L. Roth l. c. p. 490.

Habitat in sylvis atque dumetis ubique. Martio. Aprile.

MONADELPHIA.

Pinus. (Kiefer.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1456.

Mas. Cal. 4-phyllus; Cor. 0; stam. plurima; Foem. Strobili squama biflora; Cor. 0; pistill. unicum; nux alata, 1-locularis.

746. Pinus sylvestris.

P. foliis geminis, primordialibus solitariis glabris. L. Roth l. c. p. 493.

Habitat in sylvis. Majo.

Obs. Equidem nonnullae adhuc hujus generis species in sylvis nostris occurrunt, e. g. P. Abies. P. Larix etc. sed semper cultae, ideoque nobis vere spontaneae non dicendae, ni velis ludere verbis.

SYNGENESIA.

Bryonia. (Gichtwurz.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1480.

Mas. Cal. 5-dentatus; Cor. 5-partita. filamenta 3. Foem. ut in mare; stylus 3-4-fidus; Bacca subglobosa. polysperma.

747. Bryonia alba.

B. foliis palmatis utrinque calloso-scabris, floribus monoicis. L. Roth l. c. p. 497.

Habitat ad sepes inque dumetis passim. — prope Neubr. bey Broda am See et ad pagum Lichtenberg. Majo. Junio.

Classis XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

Salix. (Weide.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1493.

Mas. Involucr. e gemma constructum; Amentum squamis imbricatum; Cor. o; glandula baseos vel simplex, vel duplex.

Foem. ut in mare: Cor. o; stigmata 2, bifida, vel simplicia; Caps. 1 - locularis bivalvis; Semina minima, cincta basi pappo simplici.

* Foliis glabris serratis.

748. Salix triandra.

S. foliis serratis glabris, floribus triandris. L. Roth l. c. p. 501.

Habitat ad ripas fluvior. et vias publicas frequens. Majo.

749. Salix pentandra.

S. foliis serratis glabris, floribus pentandris. L. Roth l. c. p. 502.

Habitat cum praecedente. Majo.

750. Salix vitellina.

S. foliis serratis ovatis acutis glabris: serrutaris cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. L. Roth l. c. p. 503.

Habitat in humidis, ad ripas passim. — ad pagum Mildenitz in dem Bruch an der Wolfshagenschen Grenze. Majo.

751. Salix amygdalina.

S. foliis serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus. L. Roth l. c. p. 505.

Habitat in humidis nemorosis frequens. — prope Neubr. im Burgholz an der Ihlenfeldschen Grenze. Majo.

752. Salix fragilis.

S. foliis serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. L. Roth l. c. p. 507.

Habitat ad vias publicas passim et ad paludes. — prope pagum Mildenitz. Majo. Junio.

** Foliis integerrimis villosis.

753. Salix aurita.

S. foliis integerrimis utrinque villosis obovatis appendiculatis. L. Roth l. c. p. 512.

Habitat in dumetosis humidis ubicunque. Aprile. Majo.

754. Salix arenaria.

S. foliis integris ovatis acutis, supra subvillosis, subtus tomentosis. L. Roth l. c. p. 514.

Habitat in pratis humidiusculis infrequens ad oppidum. Neustrelitz. Majo. Junio.

755. Salix repens.

S. foliis integerrimis lanceolatis utrinque nudiusculis, caule repente. L. Roth l. c. p. 515.

Habitat in pratis hyeme inundatis passim. — prope

Neubrandenburg auf den Wiesen hinter der Kuhweide. florentem non vidi.

756. Salix rosmarinifolia.

S. foliis integerrimis lanceolato - linearibus strictis sessilibus subtus tomentosis. L. Roth. l. c. p. 516.

Habitat in pratis paludosis hyeme inundatis frequens. — prope Neubr. auf den Wiesen hinter der Kuhweide. Aprile. Majo.

757. Salix depressa.

S. foliis integerrimis ovato-oblongis, supra glabris, subtus sericeis. L. Roth l. c. p. 516.

Habitat cum praecedente et ad pagum Jatzke in dem Torfbruch hinter dem Hof. Majo. Junio.

*** Foliis subserratis villosis.

758. Salix Capraea.

S. foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis undatis, superne denticulatis. L. Roth l. c. p. 518.

Habitat in nemorosis montosis frequens. — Im Nemerowschen Holz et ad pagum Lichtenberg. Majo.

759. Salix acuminata.

S. foliis ovato-oblongis, subtus tomentosis: superioribus integris, inferioribus crenatis. Hoffmann Roth l. c. p. 519.

Habitat in nemorosis humidis frequens. — prope Neubr. im Stargard. Bruch et ad pagum Krumbek. Aprile. Majo.

760. Salix viminalis.

S. foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus lon-

gissimis acuminatis, subtus sericeis, ramis virgatis. L. Roth l. c. p. 520.

Habitat ad ripas fluviorum frequens. — prope Neubrandenburg et ad pagos Krumbek et Mildenitz am See. Majo.

761. Salix alba.

S. foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque pubescentibus serraturis infimis glandulosis. L. Roth l. c. p. 522.

Habitat ad vias publicas et fossas in pratis humidis frequens. Majo.

TETRANDRIA.

VISCUM. (Mistel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1504.

Mas. Cal. 4-partitus; Cor. 0; antherae calyci adnatae. Foem. Cal. 4-phyllus superus; stylus 0; Cor. 0; Bacca pulposa, 1-locularis; Sem. cordatum.

762. Viscum album.

V. foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus. L. Roth l. c. p. 527.

Habitat parasitica in arboribus, e. g. Salic. Betul. rel. Mart. Aprile.

PENTANDRIA.

CANNABIS. (Hanf.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1522.

Mas. Cal. 5-partitus; Cor. o. Foem. Cal. 1-phyllus oblongus latere hians; Cor. o; styli 2; Nux calyce vestita, 1-locularis, 2-valvis.

763. Cannabis sativa.

C. foliis digitatis. L. Roth l. c. p. 529.

Habitat in cultis inter segetes; et in hortis ad sepes quasi sponte proveniens. Majo.

HUMULUS. (Hopfen.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1523.

Mas. Cal. 5-phyllus; Cor. o; stamin. 5. Foem. Cal. 1-phyllus, oblique patens integer; Cor. o; styli 2; Sem. 1. intra calycem foliatum.

764. Humulus Lupulus. L. Roth l. c. p. 530.

Habitat in nemorosis, Alnetis atque dumetis ubique. Junio. Julio.

OCTANDRIA.

POPULUS. (Espe.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1531.

Mas. Amentum squamis laceris imbricatum; Cor. obliqua turbinata integra. Foem. ut in mare; stigma 4-fidum; Caps. 1-locularis, 2-valvis; Semina papposa.

765. Po-

765. Populus alba.

P. foliis subrotundis dentato-angulatis subtus tomentosis. L. Roth. l. c. p. 532.

Habitat ad ripas lacuum passim. — prope Neubr. im Nemerow. und Brodaschen Holz. Aprile. Majo.

766. Populus tremula.

P. foliis subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. L. Roth. l. c. p. 533.

Habitat ad pagos et in sylvis ubique. Martio. Aprile.

767. Populus nigra.

P. foliis deltoidibus acuminatis serratis. L. Roth. l. c. p. 534.

Habitat in humidis alnetis passim. — prope Neubr. im Stargardschen und Brüderbruch, auch am Oberbach. Martio. Aprile.

ENNEANDRIA.

MERCURIALIS. (Bingelkraut.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1534.

Mas. Cal. 3-partitus; Cor. 0; Stam. 9-12; antherae globosae didymae. Foem. ut in mare; styli 2; Caps. 2-cocca, 2-locularis, 1-sperma.

768. Mercurialis perennis.

M. caule simplicissimo, foliis scabris. L. Roth. l. c. p. 534.

Habitat in alnetis humidis frequens. — prope Neubr. im Stargard. Bruch. Majo. Junio.

769. Mercurialis annua.

M. caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis L. Roth. l. c. p. 535.

Habitat in hortis inter olera infrequens. Neobrandenburgi. Junio. Julio.

HYDROCHARIS. (Froschlöffel.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1535.

Mas. spatha 2-phylla; Cal. 3-fidus; Cor. 3-petala; filamenta 3 interiora stylifera.

Foem. Cal. 3-fidus; Cor. 3-petala; styli 6. Caps. 6-locularis, polysperma, infera.

770. Hydrocharis Morsus ranae.

Hydrocharis. L. Roth. l. c. p. 536.

Habitat in fossis aqua repletis copiose prope Neubrandenb. Julio.

Variat. foliis vix unciam, et aliis ad tres uncias latis.

DODECANDRIA.

L. G. P. ed. Schreb. No. 1541.

Mas. Spatha communis 2-phylla, 3-5-flora; Perianthium 1-phyllum; Petala 3; Nectaria 20-30. Receptaculo inserta; stam. 12-13.

Foem. Spatha diphylla 1-flora; Perianthium, Corolla et Nectaria ut in mare; styli 6. bifidi; Bacca ovalis, hexagona, 6-locularis.

771. Stratiotes Aloides.

S. foliis ensiformi - triangulis ciliato - aculeatis. L. Roth. l. c. p. 537.

Habitat in fossis et aquis stagnantibus frequens. — prope Neubr. in der Brodaschen Strafse. Junio.

MONADELPHIA.

Juniperus. (Wachholder.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1552.

Mas. Amenti squamae; Cor. o; Stam. 3. (in terminali flosculo.) Foem. Cal. 3-partitus; Petala 3; styli 3; Drupa ossiculis tribus.

772. Juniperus communis.

J. foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. L. Roth. l. c. p. 539.

Habitat in sylvis et ericetis frequens. Majo.

Classis XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

Holcus. (Pferdegras.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1565.

Hermaphrod. Cal. gluma 1-2-flora; Coroll. gluma aristata; stam. 3; styli 2; sem. 1.

Mas. Cal. gluma 2-valvis; Cor. 0; stam. 3.

773. Holcus mollis.

H. glumis bifloris nudiusculis; flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista geniculata. L. Roth l. c. p. 541.

774. Holcus lanatus.

H. glumis bifloris villosis, flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista recurva. L. Roth l. c. p. 542.

Habitat in pratis pascuis ubicunque. Junio.

Atriplex. (Melde.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1577.

Hermaphrod. Cal. 5-phyllus; Cor. 0; stam. 5; Foem. Cal. diphyllus; Cor. 0; stam. 0; stylus 2-partitus. Sem. 1. compressum.

775. Atriplex rosea.

A. caule herbaceo, foliis incanis serratis, fructibus quadrangularibus dentatis. L. Roth l. c. p. 553.

Habitat in ruderatis ubique. Julio. Augusto.

776. Atriplex hortensis.

A. caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. L. Roth l. c. p. 554.

Habitat passim in hortis oleraceis Neobrandenburgens. Julio.

777. Atriplex hastata.

A. caule herbaceo, valvulis calycinis foemineis magnis deltoidibus sinuatis. L. Roth l. c. p. 555.

Habitat in ruderatis, ad sepes ubique frequens. Julio. Augusto.

778. Atriplex patula.

A. caule herbaceo patulo, foliis sub-deltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. L. Roth l. c. p. 555.

Habitat in hortis ad sepes frequens. Julio. Augusto.

Acer. (Ahorn.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1590.

Hermaphrod. Cal. 5-fidus; Cor. 5-petala; stam. 8; pistill. 1. pericarp. 2, 1-sperma, ala terminata. Masculo ut in priori.

779. Acer Pseudo-Platanus.

A. foliis quinquelobis inaequaliter serratis, floribus racemosis. L. Roth l. c. p. 550.

Habitat in sylvis montosis passim. — Im Nemerowschen Holz et ad pagum kleinen Nemerow. Majo. Junio.

780. Acer platanoides.

A. foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis. L. Roth l. c. p. 550.

Habitat in sylvis umbrosis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen und Mühlenholz. Aprile. Majo.

781. Acer campestre.

A. foliis lobatis obtusis emarginatis. L. Roth l. c. p. 551.

Habitat in iisdem locis frequens. — prope Neubrandb. im Mühlenholz und in der Mildenitzer Heide. Aprile. Majo.

DIOECIA.

FRAXINUS. (Esche.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1597.

Hermaphrod. Cal. 0; Cor. 0; stam. 2; pistill. 1. pericarp. 1-loculare lanceolatum.

Foem. ut in priori; pistill. 1.

782. Fraxinus excelsior.

F. foliolis serratis, floribus apetalis. L. Roth l. c. p. 559.

Habitat in nemorosis humidiusculis et ad pagos frequens. — prope Neubr. im Werderbruch et ad pagum kleinen Nemerow. Aprile. Majo.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

MISCELLANEAE.

Equisetum. (Kandelwisch.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1614.

Spica ovata. Fructificationes peltatae angulatae, inferne dehiscentes, 4-7-loculares.

783. Equisetum sylvaticum.

E. scapo fructificante nudo, demum elongato in frondem supradecompositam, vaginis aridis paleaceis, inordinate fissis. Roth Tentam. flor. German. T. 3. p. 3.

Habitat in campis nemorosis infrequens. — ad pagum Warlin am Wege nach Rühlow. Aprile. Majo.

784. Equisetum arvense.

E. scapo fructificante nudo: fronde sterili sulcata, angulata, verticillato-ramosa, vaginarum dentibus lanceolatis. Roth l. c. p. 5.

Habitat in agris argillaceis frequens. — ad oppidum Woldegk et ad pagum Teschendorf. Majo.

785. Equisetum palustre.

E. caule anguloso ramoso glabro, ramis simplicibus erecto-patentibus, quadrisulcatis. Roth l. c. p. 7.

Habitat in paludosis, ad ripas frequens. — prope

Neubrandenburg bei der hintersten Mühle und am Tollensee. Majo. Junio.

β) polystachion, ramis etiam apice spiciferis. Roth ibid. — bei der Warlinschen Mühle am Wege nach Rühlow.

786. Equisetum limosum.

E. caule aequali subramoso striato, ramis simplicibus quinquesulcatis. Roth l. c. p. 9.

Habitat in fossis et pratis paludosis frequentissime. Junio.

787. Equisetum hyemale.

E. caule nudo scabro simplici, vaginis truncatis. Roth. l. c. p 10.

Habitat in nemorosis humidis infrequens. — prope Neubr. bei der hintersten Mühle. Majo. Junio.

Lycopodium. (Bärlapp.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1615.

Fructificationes in axillis foliorum vel squamarum sessiles, bivalves.

788. Lycopodium clavatum.

L. foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. L. Roth l. c. p. 12.

Habitat in sylvis siccioribus frequens. — ad pagum Bergensdorf in der Tannenheide et ad pagum Ballin in den Tannen nach Bredenfelde. Julio.

789. Lycopodium inundatum.

L. foliis sparsis integerrimis, caulibus repentibus:

fructiferis erectis, spica terminali foliosa. Roth l. c. p. 14.

Habitat in pratis turfoso-paludosis infrequens. — auf dem Wulkensinschen Felde in einem Bruch nach dem Brodaschen Holz. Julio.

790. Lycopodium Selago.

L. foliis sparsis octofariis, caule dichotomo erecto, capsulis sparsis. L. Roth l. c. p. 14.

Habitat in pascuis nemorosis rarius. — ad pagum Mildenitz in der Heide an der Wolfshagenschen Grenze et ad oppidum Friedland. Augusto.

791. Lycopodium annotinum.

L. foliis sparsis quinquefariis subserratis, surculis annotinis articulatis, spicis terminalibus glabris erectis. L. Roth l. c. p. 16.

Habitat in sylvis et pascuis nemorosis passim. — In der Mildenitzer Heide in dem langen Bruch et ad pagum Fleeth et prope Mirow. Septembre.

FILICES.

I. EXANNULATAE.

A. Capsulis involucro destitutis.

Osmunda (Traubenfarrn.)

Capsulae distinctae vel congestae, in racemum dispositae, annulo et involucro carentes. Roth l. c.

792. Osmunda Lunaria.

O. scapo solitario, racemo laterali, foliolis flabelliformibus. Roth l. c. p. 32.

Habitat in pascuis nemorosis infrequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz am hohen Ufer. Junio.

B. Capsulis involucro tectis.

Ophioglossum. (Natterzunge.)

Capsulae mediante membrana in spicam distiсham coadunatae, sessiles, bivalves, annulo articulato carentes. Involucrum transversim dehiscens, capsulis adglutinatum.

793. Ophioglossum vulgatum.

O. fronde ovata L. Roth l. c. p. 36.

Habitat in pratis humidis turfosis copiose. — prope Neubr. auf den Wiesen hinter der Kuhweide Majo.

II. ANNULATAE.

Polypodium. (Tüpfelfarrn.)

Capsulae in puncta subrotunda sparsa congestae absque indusio. O. Swartz Genera et Spec. Filicum. In Schrad. Journ. 1800. Tom. II. p. 18.

* Fronde pinnatifida.

794. Polypodium vulgare.

P. laciniis lineari-oblongis obtusis subserratis, radice squamata. Swartz l. c. p. 24. Roth l. c. p. 41.

Habitat in sylvis montosis ubique. Julio. Augusto.

** Fronde supradecomposita.

795. Polypodium Dryopteris.

P. foliolis ternis bipinnatis. Swartz l. c. p. 29.

Polystichum Dryopteris. Roth l. c. p. 80.

Habitat in nemoribus frequens. — Im Nemerow- und Broda'schen Holze. Julio. Augusto.

Aspidium. (   )

Capsulae in puncta subrotunda sparsa digestae, Indusiis umbilicatis l. dimidiatis tectae. Swartz Gen. et Spec. Fil. In Schrad. Journ. 1800. Tom. II. p. 29.

* Fronde 2-3 pinnata.

a. Indusiis dimidiatis reniformibus.

796. Aspidium spinulosum.

A. pinnis pinnatifidis bipinnatisve, laciniis oblongis acutis mucronato-serratis, fronde ovato-triangulari, stipite paleaceo. Swartz l. c. p. 38.

Polystichum multiflorum Roth l. c. p. 87.

Polypodium cristatum. Timm. l. c. p. 202. et plurimorum Auctorum.

Habitat in nemorosis frequens. — Im Nemerowschen Holze. Augusto.

797. Aspidium Filix mas.

A. pinnis pinnatis, pinnulis oblongis crenatis apice serratis, stipite paleaceo. Swartz l. c. p. 38.

Polystichum Filix mas. Roth l. c. 82.

Polypodium Filix mas. Linn.

Habitat in nemoribus frequens. — prope Neubrandenburg im Brodaschen Holze. Jul. Aug.

b. Indusiis lateralibus.

798. Aspidium Thelypteris.

A. pinnis subpinnatis, pinnulis basi coadunatis ovatis obtusis integris, punctis confluentibus. Swartz l. c. p. 40.

Polystichum Thelypteris. Roth l. c. p. 77.

Polypodium Thelypteris. Linn.

Habitat in pratis nemorosis paludosis frequens. — prope Neubrand. im Brüderbruche. Aug.

799. Aspidium fragile.

A. pinnis bipinnatifidis oppositis, pinnis ovatis incisis, lacinulis obovatis dentatis. Swartz l. c. p. 110.

Cyathea fragilis. Roth l. c. p. 94.

Polypodium fragile. Linn.

Habitat in muris et ad vias cavas rarius. — in pago Bergensdorf an der Kirchhofsmauer, und in dem Gehölz bey der Zirzowschen Mühle, im ersten Hohlwege. Jul. Aug.

800. Aspidium Filix femina.

A. pinnis pinnatifidis pinnulisque lanceolatis, lacinulis acutis apice bidentatis. Swartz. l. c. p. 41.

Athyrium Filix femina. Roth. l. c. p. 65.

Polypodium Filix femina. Linn.

Habitat in nemorosis, locis udis frequens. — Im Nemerowschen und Mildenitzer Holze. Augusto.

β, molle, pinnulis obtusiusculis apice crenulatis.

Athyrium (molle) frondibus subbipinnatis: pinnis lanceolatis acuminatis; pinnulis oblongis obtusiuscu-

lis, apice crenulatis, stipite laevi. Roth l. c. p. 61.

Polypodium molle. Schreb.

Habitat in nemorosis infrequens. — Im Nemerowschen und Brodaschen Holze. Aug.

Asplenium. (Strichfarrn.)

Capsulae in lineolas rectas sparsas dispositae. Indusia e venis lateraliter orta costam versus dehiscentia. Swartz. l. c. p. 49.

* Fronde pinnata.

801. Asplenium trichomanoides.

A. pinnis subrotundis crenulatis. Swartz. l. c. p. 54. Roth. l. c. p. 55.

Habitat in sylvis montosis infrequens. — prope Neubrand. im Mühlenholze bey der hintersten Mühle. Septemb.

** Fronde bipinnatifida et bipinnata.

802. Asplenium Ruta muraria.

A. frond. alternatim decompositis, pinnulis cuneato-rhomboideis sub 3-lobatis crenulatis. Swartz. l. c. p. 56.

Scolopendrium Ruta muraria. Roth l. c. p. 52.

Habitat in murorum fissuris infrequens. — Neobrandenburgi an der Stadtmauer am neuen Thor. Aug.

Pteris (Saumfarrn.)

Capsulae in lineam continuam, rarius interruptam, ad marginem frondis subtus digistae.

Indusium e margine ipsius frondis membranaceo inflexo continuo, interius dehiscens. Swartz. l. c. p. 63.

* Fronde supradecomposita.

803. Pteris aquilina.

P. foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis repandis, infimis, pinnatifidis, superioribus minoribus. Swartz. l. c. p. 67. Roth l. c. p. 42.

Habitat in sylvis subhumidis copiose. — prope Neubrand. am Brodaschen Holze. Augusto.

Blechnum. (   )

Capsulae in lineam longitudinalem, continuam, ad latera costae frondis (in quibusdam diversae) utrinque, illaque parallelam, dispositae.

Indusium superficiarium (intra margines) continuum, interius dehiscens. Swartz. l. c. p. 74.

804. Blechnum boreale.

B. frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis parallelis, fructif. pinnatis linearibus acuminatis. Swartz. l. c. p. 75.

Blechnum Spicant. Roth. l. c. p. 44.

Osmunda Spicant. Linn.

Habitat in sylvis subhumidis rarius. — prope Mirow. ad pagum Loissow in der Heide; et ad pagum Fleeth. Jun. Jul.

MUSCI FRONDOSI.

Classis I.

APERISTOMATI.

Phascum. (Ohnmund.)

Bridel Muscolog. Recentior.

Flos monoicus. Masculus ex alis foliorum prodiens. Foemineus trunci cacumen occupans. Capsula cum rudimento operculi nunquam abscedente inaperta de pedunculo decidens.

* Acaulia.

805. Phascum muticum.

P. acaule; foliis ovato-concavis submuticis, sursum imbricatis conniventibus. Bridel Muscolog. Recentior. T. 2. P. 1. p. 10.

Habitat ad terram arenosam umbrosam passim. — prope Neubrandenburg im Brodaschen Holz et alibi. Aprile c. caps. matur.

806. Phascum serratum.

P. caule; foliis congestis ovato-lanceolatis acuminatis serratis exfasciculatis. Bridel. l. c. T. 2. P. 1. p. 11.

Habitat in sylvaticis ad vias cavas et ad latera fossarum rarius. — ad pagum Zirzow in dem Gehölz bei der Mühle an den Hohlwegen. Aprile c. caps. matur.

Obs. Muscus omnium facile minimus; folia incisa seu laciniata potius quam serrata dicenda.

** Caulescentia.

807. Phascum patens.

P. caulescens, trunco erecto simplici brevi; foliis lanceolatis, sub apicem serratis patentibus. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 14.

Habitat in terra argillosa ad latera fossar. et in inundatis passim. — ad pagum Lichtenberg am Rande des Teichs am Hof; et ad pagum kl. Daberkow am Wege nach Badresch. Julio, Augusto c. capsulis matur.

808. Phascum nitidum.

P. caulescens, trunco erecto simplici brevi; foliis subulatis carinatis: perichaetialibus longe acuminatis; omnibus subexfasciculatis. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 15.

Habitat in sylvis ad vias cavas argillosas frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz am hohen Ufer. Majo c. capsulis. matur.

809. Phascum subulatum.

P. caulescens, trunco erecto subsimplici; foliis lineari-subulatis: perichaetialibus longissimis. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 15.

Habitat ad vias cavas arenosas sylvat. ubicunque Aprile c. caps. matur.

810. Phascum piliferum.

P. caulescens, trunco erecto subsimplici; foliis oblongo-ovatis pilo terminatis. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 17.

Habi-

Habitat in agris subhumidis ad latera fossarum passim. — ad oppidum Stargard am Wege nach Teschendorf et alibi. Majo c. caps. matur.

811. Phascum elongatum.

P. caulescens, trunco erecto simplici elongato; foliis oblongo-lanceolatis cuspidatis concavis conniventibus; capsulae pedunculo elongato subcurvato.

Habitat in umbrosis sabulosis rarius. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagenschen Grenze in dem engl. Garten. Aprile — Junio c. caps. matur.

Descriptio: Radiculae fibrosae tenuissimae rufescentes. Caules conferti stricti in cespitulum plerumque coacervati, 4. ad 6. lineas longi, inferne nudiusculi, superne foliis tecti. Folia inferiora minora lanceolata planiuscula, superiora sensim majora oblongo-lanceolata concava conniventia, omnia vasculorum fasciculo crasso in acumen longum viride piliforme protenso donata, integerrima, siccitate crispescentia et quasi torta. Pedunculus solitarius, rarissime gemellus, duas lineas et ultra longus, pallide flavus, subincurvatus. Capsula ovato-oblonga brunnea nitens. Calyptra flavescens dimidiata subulata. Operculum conicum obliquum acuminatum.

Obs. Ab omnibus mihi notis speciebus haec diversa est, nec ullam in Autorum libris descriptam scio, huicce meae quadrantem. Phasco pilifero proxima quidem est, ab eo tamen recedit 1) trunci proceritate 2) capsula longissime pedunculata

et 3) foliorum cuspidibus (ne dicam pilis) omnino viridibus nec canescenti-pellucidis. — Cel. Bridel in Schraderi Journal für die Botanik 1800. St. 2. p. 268. speciem descripsit, quam pro Ph. piliferi varietate diu habuit, nunc autem proprio nomine Phascum elatum salutavit. Haec species, quam videre mihi non datum fuit, e foliis ipsaque statura meae omnino respondere videtur; at truncum ramosum dicit Vir celeberrimus, quam semper simplicem reperi, nec caeterum insignis pedunculi longitudinis mentionem fecit, ut ita vix putarem suam cum mea eandem esse plantam.

812. Phascum cuspidatum.

P. caulescens, trunco erecto subdiviso; foliis ovatis cuspidatis patulis: perichaetialibus longioribus conniventibus. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 17.

Habitat in agris subhumidis et ad fossarum latera frequens ubique. Vere et Autumno c. capsulis.

813. Phascum crispum.

P. caulescens, trunco erecto diviso; foliis inferioribus dissitis minutis: perichaetialibus e basi latiore longissime acuminatis, siccitate tortilibus. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 19.

Habitat in hortis oleraceis pinguioribus frequens. — — in pago — Quaden-Schoenfeld im Hofgarten et alibi. Vere et Autumno.

Classis II.

GYMNOPERISTOMATI.

SPHAGNUM. (Torfmoos.)

Bridel Muscol. Recentior.

Flos monoicus. Masculus de ramorum superiorum extremitate clavaeformis. Thecae pedunculus vaginulae nulli insertus. Peristoma nudum.

* Ramulis fasciculatis.

814. Sphagnum cymbifolium.

S. trunco erecto ramosissimo; ramulis fasciculatis subaequalibus deflexis; foliis oblongis concavis obtusiusculis. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 21.

S. palustre α. Timm. l. c. p. 207.

Habitat in paludibus turfosis ubique. Julio c. caps. deoperc.

Variat. caule ultrapedali flaccido purpurascente, ramis remotioribus longioribus apice attenuatis, foliis acutioribus minusque evidenter reticulatis, inferioribus purpurascentibus, superioribus viridibus. — In palude exsiccato; ad pagum Rehberg am Wege nach Hinrichshagen.

Obs. Cum capsulis mihi nondum occurrit haecce varietas, notatu caeterum digna; non enim S. capillifolium s. intermedium est nec ullae hujus varietati respondet.

815. Sphagnum acutifolium.

S. trunco erecto ramosissimo: ramulis subaequalibus fasciculatis deflexis; foliis oblongis planiuscu-

lis acutis. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 24. (sub S. capillifol.)

S. palustre β. Timm l. c. p. 207.

Habitat in paludibus turfosis aqua repletis frequens. — ad pagum Ballin, in der Tannenheide. Julio c. caps. deoperculat.

Variat. 1) caule minori, ramis tenuissimis filiformibus, foliis tenuioribus acutioribus; quam varietatem ne pro Sphagno cuspidato Hoffmanni habeas, cavendum est, quod quippe foliis triplo longioribus cuspidatis subundulatis differt et in patria a me non visum est.

2) foliis tenuissimis purpurascentibus. — in turfosis siccioribus. prope pag. Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten.

Nota. Nutante ipso Bridelio (Schrader. Journal f. d. Botanik 1800. St. 2.) nomen triviale capillifolium in aptius Ehrharti acutifolium mutavi.

816. Sphagnum squarrosum.

S. trunco erecto ramosissimo, ramis subaequalibus fasciculatis deflexis; foliis ovato-acutis concavis amplexicaulibus, basi coadunatis, apice reflexis squarroso-patentibus.

Habitat in paludibus profundioribus frequens. — ad pagum Ballin in der Tannenheide et ad pagum Hinrichshagen in dem Holz am Wege nach Woldegk. Augusto c. caps. deoperculat.

Descr. Caules basi depressi tunc erecti palmares: pedales, robusti purpurei foliis tecti. Rami fasciculati foliis densissime obvallati, in apicem filiformem attenuati deflexi: supremis tantum erectis in corymbum densum adgregatis. Folia ovato-acuminata concava pellucida reticulata, basi ventricosa amplexicaulia arctissime imbricata et quasi coadunata, supra medium reflexa squarroso-patentia. Pedunculi laterales filiformes pellucidi. Capsulae ovato-oblongae tenellae urceolatae.

Obs. Cum hancce speciem, quam Cel. Persoon, ni fallor, primus detexit, non ullibi descriptam scirem, differentiam specificam pauloque fusiorem delineationem ex propriis adjecisse haud displicebit.

Anictangium. (Sperrmund.)

Hedwig. Spec. Musc. Frond. ed. Schwaegrichen.

Hedwigia. Bridel Muscol. Recent.

Flos. monoicus. Masculus gemmiformis e foliorum alis. Peristoma nudum.

* Capsula subsessili.

817. Anictangium ciliatum.

H. trunco erecto ramosissimo; foliis imbricatis ovato-lanceolatis: perichaetialibus longe ciliatis; capsulae subsessilis ovatae operculo planiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 31. (sub. Hedwigia.)

Habitat ad saxa frequens ubique. Majo c. caps. operculat.

GYMNOSTOMUM. (Kahlmund.)

Bridel Muscol. Rec.

Flos dioicus. Masculus disciformis. Peristoma nudum.

* Acaulia.

818. Gymnostomum rufescens.

G. acaule; foliis lanceolato-subulatis carinatis patentibus integerrimis; capsulae ovatae operculo convexo-subulato obliquo.

Habitat in campis ad latera fossarum rarius. — prope Neubrandenburg gleich hinter der Krappmühle am Wege nach Woggersin. Martio c. caps. opercul. et deoperculat.

Descriptio. Radiculae albae fibrosae tenuissimae. Caulis vix ullus. Folia supra terram explanata e basi lanceolata concava longe subulata carinata integerrima rufescentia, ductulorum fasciculo crasso atropurpureo in apicem abiente percursa. Pedunculus vix bilinearis pallide ruber, siccitate leniter tortus. Capsula minima ovata erecta fusca, ore patula. Calyptra flavescens lateraliter fissa subulata. Operculum e basi convexa subulatum obliquum. Peristoma nudum.

Obs. Omnium hujus generis certe minima et a reliquis diversa species. — Tota planta colore rufescente gaudet, unde nomen triviale desumtum.

** Caule simplici.

819. Gymnostomum pyriforme.

G. trunco erecto simplici; foliis planis ovatis acu-

tis; capsula pyriformi. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 36.

Habitat in hortis pomariis et ad latera fossarum frequens. — prope Neubr. am Kuhdamm. Aprile, Majo c. caps. operculat.

Obs. Folia oculo armato omnino non integra sed a medio ad apicem leviter serrata sese ostendunt.

820. Gymnostomum truncatulum.

G. trunco erecto simplici; foliis planis ovato-lanceolatis acuminatis; capsula obovata. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 38.

Habitat in sylvis umbrosis et agris humidis ad terram argillaceam frequens ubique. Vere et Autumno c. caps. operculat.

821. Gymnostomum ovatum.

G. trunco erecto simplici; foliis ovatis concavis piliferis; capsula ovata. Bridel l. c. T. 2. P. 40.

Habitat in muris terra tectis uberrime. Vere c. capsul. operculat.

822. Gymnostomum microstomum.

G. trunco erecto simplici; foliis lato-lanceolatis siccitate crispis; capsulae ovatae subcernuae peristomate coarctato: operculo oblique conico. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 44.

Habitat ad terram in sylvis umbrosis frequens. — prope Neubr. im Brodaschen und Mühlenholz. Majo c. caps. operculat.

*** Caule ramoso.

823. Gymnostomum fasciculare.

G. trunco erectiusculo subramoso; foliis ovato-lan-

ceolatis fasciculatis dentatis; capsulae erectae pyriformis peristomate coarctato: operculo obtusissimo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 44.

Habitat in agris argillosis ad latera fossar. passim. — ad pag. Zirzow am Wege nach Woggersin et ad pag. kl. Miltzow am Wege nach Badresch an der Grenze. Junio c. caps. operculat.

Obs. Caulem vix unquam ramosum reperi. Caeterum dubius haereo an vere atque constanter diversus sit hic muscus a G. pyriformi. Omnino quidem capsula obovata, fere clavata et operculo obtusissimo planiusculo ab illo satis differre videtur, quod operculo breviter rostrato gaudet; at G. pyriformis capsula immatura quoque clavato-oblonga est. — Folia in nostro musco plerumque longiora lanceolato-acuminata sunt et versus apicem serrata; at specimina asservo operculo obtusissimo instructa, quae foliis latioribus brevioribus gaudent, qualia G. pyriforme ostendit. Caeterum serratura foliorum litem dirimere nequit, cum in ulteriori quoque adsit, quamvis Autorum nullus hujus mentionem fecerit. — In consortio saepe vivunt.

Classis III.

APLOPERISTOMATI.

Sect. I. Peristomate dentato.

a) Dentibus integris, solitariis, apice liberis.

TETRAPHIS. (Vierzahn.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus capituliformis cyathiformisque. Peristoma simplex: dentibus quatuor integris pyramidalibus.

824. Tetraphis pellucida.

T. trunco erecto simplici; foliis planis ovato-lanceolatis; capsulae erectae cylindricae operculo conico mucronato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 48. Habitat in turfosis paludosis sylvaticis ad arbor. radic. frequens. — ad pagum Sponholz in dem Gehölz am Wege nach Warlin et prope Ballin in der Tannenheide. Martio c. caps. opercul.

ENCALYPTA. (Glockenhuth.)

Leersia Bridel l. c. Hedwig l. c.

Flos monoicus. Masculus gemmiformis e foliorum alis. Peristoma simplex sedecim dentibus angustis erectiusculis.

* Calyptra aequali.

825. Leersia vulgaris.

L. trunco erecto subsimplici; foliis spathulato-lanceolatis; calyptra aequali campaniformi margine integra; capsulae cylindricae operculo longe acuminato recto. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 51.

Habitat in arenosis apricis sylvaticis frequens. — prope Neubr. am Mühlenholz. Majo c. caps. opercul.

** Calyptra dimidiata.

826. Leersia lanceolata.

L. trunco erecto subdiviso; foliis lanceolatis acuminatis, concavis; calyptra dimidiata; capsulae ovatae operculo suboblique rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 55.

Habitat in arenosis inter et ad saxa infrequens. — prope Neubr. bei der Brandmühle an dem Hohlweg. Majo c. caps. operculat.

GRIMMIA. (Grimmia.)

Bridel l. c.

Flos monoicus, vel mono-dioicus. Masculus in foliorum alis gemmiformis, in summitate disciformis. Peristoma simplex dentibus sedecim latiusculis reflexilibus.

* Capsula subsessili.

827. Grimmia apocarpa.

G. trunco erecto ramoso; foliis imbricatis lanceolato-carinatis; capsulae subsessilis ovatae operculo convexo brevissime rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 57.

Habitat in humidis umbrosis ad saxa uberrime. Majo c. caps. operculat.

MASCHALANTHUS. (Achselmoos.)

(Pterigynandrum.) Bridel l. c.

Flos. dioicus. Masculus et foemineus alaris. Peristoma simplex dentibus sedecim.

* Surculis teretibus.

828. Maschalanthus filiformis.

M. surculo vage ramoso: ramis raris subsimplicibus tenuissimis filiformibus; foliis ovato - acuminatis concavis dense imbricatis exfasciculatis; capsulae erectae cylindricae operculo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 63. (sub. Pterigynandro.)

Hypnum filiforme Timm. l. c. p. 225.

Habitat in sylvis umbrosis ad saxa infrequens. — prope Neubr. im Brod. Holz bei den raumen Eichen; et ad pag. Bredenfelde im Holz nach Stolpe. Aprile absque capsul.

Obs. Cel. Sprengel (Schrader Journal f. d. Botanik 1799. St. 2. p. 466.) ad meliorem rectioremque etymologiam nomen Pterygynandrum in Maschalanthus mutavit, quem hic sequi malui.

WEISSIA. (Weissie.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus e summitate capituliformis. Peristoma simplex dentibus sedecim.

* Foliis siccitate contortis.

829. Weissia virens.

W. trunco erecto subsimplici; foliis linearibus sicci-

tate tortilibus; thecae oblongae ovatae operculo oblique rostellato. Bridel. l. c. T. 2. P. 1. p. 69.

W. crispa Timm l. c. p. 212.

Habitat in praeruptis sylvaticis frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen und Mühlenholz. Aprile, Majo c. caps. operculat.

*** Caulescentes, foliis non tortilibus.

830. Weissia heteromalla.

W. trunco erecto simpliciusculo; foliis e latiore basi subulatis heteromallis; capsulae oblongo-ovatae operculo brevi obtuse conico. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 77.

Habitat in sylvis ad vias cavas passim. — prope Stargard im Sabelschen Holz am Wege nach Teschendorf; et in den Tannen bei Rowa. Julio c. caps. operculat.

831. Weissia recurvirostra.

W. trunco erecto ramoso; foliis lanceolatis imbricato-patulis; capsulae subcylindricae operculo recurvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 79.

Habitat in sylvaticis arenosis frequens. — prope Neubr. bei der hintersten Mühle im Mühlenholz. Septembre c. caps. opercul. et deoperculat.

b) Dentibus integris solitariis, apice membrana adglutinatis.

Polytrichum. (Widerthon.)

Bridel. l. c.

Flos dioicus. Masculus disciformis. Peristoma simplex dentibus 32 - 48 - 64, integris

brevibus acutis, apicibus membrana adglutinatis.

* Caule simplici, capsula cum apophysi.

832. Polytrichum commune.

P. trunco simplici; foliis lineari-lanceolatis serrulatis; capsulae oblongae tetraëdrae operculo pyramidato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 81.

Habitat in sylvis humidiusculis frequens ubique. Julio c. caps. operculat. et calyptrat.

Variat. caule duplo minore basi decumbente; foliis brevioribus rigidioribus siccitate cauli arcte adpressis; capsula breviore, apophysi vix observabili; annulo rubro tumido, operculo e basi concava brevi mucronato. — ad pagum Ballin in pascuis graminosis siccis.

833. Polytrichum juniperinum.

P. trunco simplici; foliis lineari-lanceolatis integerrimis carina scabris, membrana alba reducta instructis; capsulae tetraëdrae operculo e basi plana breviter et oblique mucronato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 83.

P. commune β. Timm l. c. p. 213.

Habitat in ericetis et sylvis siccioribus ubique. Junio c. caps. opercul. et calyptrat.

Obs. Haec species duplici modo varians mihi occurrit:

1. P. gracile: trunco longiore graciliore inferne nudiusculo; foliis brevioribus rigidioribus glaucis, capsula longiore tenuiori, ca-

lyptra flava. — in turfosis siccioribus inter Sphagna densissimo agmine; — ad pagum Ballin hinter dem Hofgarten.

2. P. humile: trunco brevissimo; seta semiunciam vix longa; capsula obovata brevissima truncata; calyptra nivea. — in muris apricis terra tectis. — ad pag. Lichtenberg auf der Kirchhofsmauer.

834. Polytrichum piliferum.

P. trunco subsimplici; foliis lineari-lanceolatis integerrimis piliferis; capsula tetraëdra. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 85.

Habitat in collibus arenosis et ericetis frequens. — prope Neubr. bei Belvedere. Majo c. caps. calyptrat. operc.

835. Polytrichum longisetum.

P. trunco simplici prolifero; foliis lanceolato-subulatis serrulatis; setis terminalibus longissimis; capsulis ovatis subangulatis obliquis: apophysi minuta. Swartz Dispositio systemat. musc. frondos. Sweciae 1799. p. 76. Tab. VIII. f. 16.

Habitat in pratis turfosis frequens. — ad pag. Eichhorst auf der Pfarrwiese et ad pagos Ballin et Krumbek Junio, Julio c. caps. opercul. et calyptrat.

** Caule simplici, capsula absque apophysi.

836. Polytrichum nanum.

P. trunco simplici; foliis lineari-lanceolatis obscure serratis; capsulae subrotundae nutantis operculo curvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 88.

Habitat ad vias cavas sylvarum frequens. — ad pagum Zirzow bei der Mühle in den Hohlwegen et alibi. Autumno c. capsul. operculat.

Variat. trunco brevissimo cum seta vix semiunciali, capsula erectiuscula ore truncata dilatata; quae varietas quodam modo respondere videtur Polytr. pumilo Swartz l. c. p. 77. Tab. IX. f. 19. — ad pagum Jatzke am Wege nach Eichhorst bei den jungen Fichten.

837. Polytrichum aloides.

P. trunco subsimplici; foliis lineari-lanceolatis sub apicem argute serrulatis; capsulae suberectae cylindricae operculo curvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 89.

Habitat in sylvis ad vias cavas argillosas passim. — prope Stargard am Klüschenberg et prope Zirzow c. Polytr. nano. Autumno c. capsul. operculat.

838. Polytrichum undulatum.

P. trunco subsimplici; foliis lanceolatis carinatis serratis undulatis recurvis; calyptra paraphysiphora; capsulae cernuae cylindricae operculo longirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 92.

Habitat in sylvis subhumidis uberrime. Junio c. caps. opercul.

839. Polytrichum controversum.

P. trunco simplici; foliis lanceolatis carinatis serratis undulatis suberectis; calyptra paraphysiphora; capsulae cylindricae adsurgentis operculo longirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 93.

P. undulatum β. minus. Timm. l. c. p. 214. et Autorum.

Habitat in agris argillosis sylvaticis passim. — ad pagum Quaden-Schönfeld an der Heide. Julio c. caps. opercul.

Obs. Praeeunte Cel. Bridelio hanc speciem proprio nomine salutavi, quam plurimi Autores praecedentis varietatem tantum putant et forte haud absque ratione sufficiente.

*** Caule ramoso, capsula absque apophysi.

840. Polytrichum urnigerum.

P. trunco ramosissimo; foliis lanceolatis serrulatis strictis; capsulae erectae cylindricae operculo conico-acuminato incurviusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 97.

Habitat in sylvestribus ad terram proclivam rarius. — ad pagum Zirzow bei der Mühle an dem obern Hohlweg. Julio c. capsul. opercul. et calyptrat.

c) Dentibus integris per paria approximatis, seu geminatis.

Didymodon. (Zwillings-Zahn.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus. Masculus alaris aut terminalis. Peristoma simplex e dentium paribus octo vel sedecim.

841. Didymodon pusillum.

D. trunco erecto simplici; foliis ex ovato-concava basi

basi subulatis; capsulae erectae oblongae operculo obliquo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 115.

Ditrichum pusillum. Timm. l. c. p. 216.

Habitat in sylvaticis arenosis ad latera fossar. frequens. — prope Neubr. im Brodaschen Holz et ad pag. Sponholz am Wege nach Warlin. Mart. c. caps. operculat.

CYNONTODIUM. (Hundszahn.)

(Swartzia) Bridel l. c.

Flos hermaphroditus terminalis. Peristoma simplex e sedecim paribus denticulorum. Theca absque apophysi.

842. Cynontodium capillaceum.

C. trunco erecto subsimplici; foliis alternis distichis semivaginantibus lineari-subulatis; capsulae erectae subcylindricae operculo oblique conico. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 117. (sub Swartzia.)

Habitat in praeruptis umbrosis ad littora lacuum frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz am hohen Ufer; et ad pagum Stolpe hinter dem Hof am See. Aestate c. caps. opercul. et deoperculat.

d) Dentibus fissis.

TRICHOSTOMUM. (Haarmund.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus. Masculus gemmiformis capituliformisque. Peristoma simplex,

dentibus sedecim ad basin usque fissis longissimis erectis.

** Caule ramoso.

843. Trichostomum canescens.

T. trunco erecto ramoso: ramis confertis; foliis lanceolato-carinatis recurvis, apice decoloro albis; capsulae erectae oblongo-ovatae operculo subulato-conico. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 123.

Habitat in ericetis et pinetis siccis frequens. — prope Neubr. im Ihlenfeldschen Holz. Aprile absque caps.

844. Trichostomum heterostichum.

T. trunco suberecto ramoso; foliis lanceolatis subheteromallis, apice cano denticulatis; capsulae oblongo-ovatae operculo oblique rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 128.

Habitat in sylvestribus ad saxa passim. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin. Novembre c. capsul. calyptrat.

845. Trichostomum lanuginosum.

T. trunco procumbente ramoso: ramis brevibus subalternis; foliis lineari-lanceolatis, apice denticulato piliformi; capsulae erectae ovatae operculo oblonge conico. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 129.

T. ramigerum Timm l. c. p. 215.

Habitat in sylvis umbrosis ad saxa rarius. — ad pagum Stolpe im Holz nach Bredenfelde et ad pagum Bresewitz am Wege nach Galenbek. Aprile absque capsul.

Fissidens. (Spaltzahn.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus. Masculus in alis foliorum, vel e summitate gemmiformis. Peristoma simplex dentibus sedecim brevioribus inflexis fissis.

* Frondescentes.

† Fronde simplicissima.

846. Fissidens exilis.

F. subinconspicuus; foliis paucis lanceolatis distichis; sporangio (capsula) oblongo erecto; peristomii dentibus profunde divisis. Hedw. Spec. Musc. Frondos. edit. Schwaegrichen p. 152. Tab. 38. f. 1—4.

Habitat in humidis umbrosis ad ligna dejecta et lapid. laterit. passim. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagenschen Grenze bei dem alten Thurm. Aprile, Majo. c. caps. operculat.

Obs. Vix specie distincta a sequente, cujus forte mera varietas est.

847. Fissidens bryoides.

F. fronde subdeclinata simplicissima; foliis distichis patentibus scalpelliformibus; pedunculo terminali; capsulae erectae oblongae operculo oblique rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 139.

Habitat in sylvis umbrosis frequens. — prope Neubr. im Brodaschen Holz. Majo. c. caps. operculat.

848. Fissidens osmundioides.

F. foliis pinnatis lenissime apiculatis, fructu oblongiusculo terminante. Hedw. l. c. p. 153. Tab. XL. f. 7—11.

Dicranum (bryoides) surculo simplici erecto plano; foliis bifariis lineari-lanceolatis subobtusis; seta terminali; capsula ovata erecta: dentibus incurvis. Swartz l. c. p. 32. Tab. 2. f. 4.

Habitat in paludosis sylvaticis passim. — ad pagum Jatzke in der Pferdekoppel; et ad pag. Pleetz bei der Schäferei ubi amicissim. Dn. Krüger legit. Julio c. caps deoperculat.

849. Fissidens taxifolius.

F. fronde decumbente simplicissima; foliis distichis ovato-lanceolatis; pedunculo subradicali; capsulae subnutantis oblonge operculo rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 142.

Habitat in sylvaticis humidis frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz gleich hinter der Heidmühle. Aprile, Majo c. caps. operculat.

†† Fronde simplici ramosaque.

850. Fissidens adianthoides.

F. fronde erecta simplici ramosaque; foliis distichis imbricatis scalpelliformibus; pedunculo axillari; capsulae obliquae ovatae operculo longirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 145.

Habitat in alnetis paludosis sylvaticis frequens. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagen. Grenze et prope Neubr. im Mühlenholz. Aprile c. caps. deopercul.

** Caulescentes.

851. Fissidens pulvinatus.

F. trunco erecto ramoso; foliis lanceolato-carinatis piliferis; pedunculo arcuato; capsulae pendulae subrotundae operculo aristato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 149.

Habitat in tectis, muris, saxis ubicunque. Aprile cum capsul. operculat.

852. Fissidens strumifer.

F. trunco erecto ramoso; foliis lineari-subulatis, siccitate tortilibus; capsulae pyriformis cernuae basi interiori strumosae operculo rostrato incurvo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 151.

Habitat in paludosis sylvaticis spongiosis ad arborum radices et trunc. putrid. rarius. — ad pagum Ballin in der Tannenheide an der Allée. Junio absque capsul.

*** Surculescentes.

853. Fissidens sciuroides.

F. surculo repente ramoso; ramis erectis subdivisis siccitate recurvis; foliis ovato-lanceolatis; capsulae oblongae operculo conico. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 153.

Habitat in sylvis ad trunc. arbor. frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Aprile c. caps. deopercul.

DICRANUM. (Gabelzahn.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus capituliformis vel

gemmiformis. Peristoma simplex dentibus sedecim brevioribus inflexis bifidis.

* Capsula sine apophysi.

† Foliis secundis.

854. Dicranum scoparium.

D. trunco adscendente ramoso; foliis secundis subulato-carinatis recurvis; pedunculis subaggregatis; capsulae subobliquae oblongo - cylindricae operculo rostratro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 155.

Habitat in sylvis umbrosis frequens ubique. Julio c. caps. operculat.

Variat. foliis magis splendentibus undulatis. — iisd. loc. Hanc varietatem commutarunt Nonnulli cum Dicr. undulato Schraderi, longe alio musco jam nunc describendo.

855. Dicranum undulatum.

D. trunco erecto ramoso; foliis confertis lanceolatis subsecundis undulatis; capsulae ovatae cernuae operculo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 157.

D. polysetum Swartz l. c. p. 34. Tab. III. f. 5.

Habitat in pinetis sylvestribus humidiusculis frequens. — ad pag. Ballin in der Tannenheide et ad pag. Gliencke am Wege nach Eichhorst. Majo. Junio c. caps. operculat.

Obs. Dubitat Cel. Bridel l. c. an a praecedente sufficienter distincta sit; differt autem prae aliis, foliis latioribus exacte lanceolatis planioribus vix secundis, sed potius ad omne latus directis; setis plurimis et tota planta robustiore.

856. Dicranum recurvatum.

D. trunco decumbente recurvato ramoso; foliis lanceolato-subulatis falcatis serratis secundis; capsulae subobliquae oblongo-cylindricae operculo subulato.

Habitat in paludosis sylvaticis ad saxa arborumque radices rarius. — ad pagum Ballin in der Tannenheide et prope Neubrandenburg bei der Papiermühle. Julio c. caps. operculat.

Descripto. Caules basi decumbentes tunc erecti recurvati 2-3-unciales, inferne tomento ferrugineo, superne albo vestiti: Folia subinterrupta lanceolata concava in subulum longum canaliculatum falcatum, carina marginibusque serratum protensa ductulosa; nervo apicem attingente; inferiora fusca, superiora atroviridia, suprema e viridi flavicantia splendentia, omnia secunda vel heteromalla; perichaetialia reliquis similia. Pedunculus terminalis, vel ob innovationem lateralis plerumque solitarius, uncialis et paulo longior purpurascens. Capsula oblongo-cylindracea subobliqua, operculata erecta, deoperculata incurvata, basi attenuata, pallide rubra. Calyptra flavicans longe subulata; initio integra, demum lateraliter fissa. Operculum e basi convexa longe rostratum erectum purpureum. Peristoma generis.

Obs. Haec species, quae nova mihi videtur, Dicrano longifolio habitu simillima, ab eo tamen diversa est statura duplo majori; foliis ductulo-

rum fasciculo donatis a medio ad apicem evidenter serratis. — A Dicr. scopario, quodam modo simili differt: caule longiore, basi decumbente horsum vorsumque flexo; foliis longioribus tenuioribus arcuatim falcatis omnibus exacte secundis.

857. Dicranum heteromallum.

D. trunco flexuose erecto ramosiusculo; foliis capillaceis secundis; pedunculis solitariis; capsulae ovatae operculo rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 157.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram proclivam frequens. — prope Neubr. im Nemerow. und Broda. Holz. Julio, Augusto c. caps. opercul. et deoperculat.

Varietatem hujus musci asservo, habitu longe diversam: trunco erecto stricto purpureo, ramis vel innovationibus filiformibus; foliis subsecundis brevioribus, siccitate cauli adpressis viridibus, nec vage flexuosis longissimis e viridi flavescentibus; pedunculo breviore purpureo, nec pallide-flavo; capsula minore cylindrica purpurascens, nec ovato-oblonga flavescens; operculo longissime tenuissimeque rostrato; peristomii dentibus pallide - flavescentibus pellucidis, striis purpureis opacis cancellatis, nec dentibus rubro-fuscis.

Habitat in pascuis ad latera fossarum. — ad pagum Ballin hinter dem Hofgarten. Julio c. caps. deoperculat. et operculat. immatur.

858. Dicranum flagellare.

D. trunco flexuose-erecto ramoso; foliis lineari-subulatis secundis; capsulae erectae cylindricae operculo longirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 160.

Habitat in paludosis turfosis sylvaticis frequens. — ad pagum Ballin in der Tannenheide an der Allée; et ad pag. Mildenitz in der Heide an der Wolfshagen. Grenze. Julio, Augusto c. caps. operculat.

859. Dicranum longifolium.

D. trunco erecto subsimplici; foliis canaliculatim capillaribus longissimis secundis; capsulae oblongae uno latere planiusculae operculo subulato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 161.

Habitat in sylvis umbrosis ad saxa passim. — prope Neubr. im Mühlenholz am Fussteig nach der hintersten Mühle; et prope oppid. Stargard. im Sabelschen Holz auf mehreren Steinen. Octobre c. capsul. operculatis.

Obs. Rariorem hunc Germaniae muscum in nostra regione quotannis florentem vidi fructificantemque.

860. Dicranum curvatum.

D. trunco simplici geniculato; foliis capillaceis ductulosis secundis; capsulae ovatae erectae operculo conico subulato.

D. curvatum Hedw. l. c. p. 132. Tab. 31. f. 7—12.

Habitat ad vias cavas sylvaticas rarius. — ad pagum Zirzow in dem Gehölz bei der Mühle an

dem untern Hohlweg. Aprile c. caps. opercul. et deoperculat.

Obs. Dicrano vario persimilis est haec species, ab eo tamen diversa: trunco basi decumbente, tunc erecto et ita quasi geniculato; foliis brevioribus tenuioribus omnibus — quantum quidem mihi observare fuit — rufescentibus; capsula operculoque erectis, et peristomii dentibus squarroso-patentibus apice pallidioribus.

†† Foliis subsecundis.

861. Dicranum flexuosum.

D. trunco erecto subramoso; fòliis lineari-subulatis exfasciculatis subsecundis; pedunculis flexuosis; capsulae erectae operculo e basi conica longe aristato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 163.

Habitat in turfosis siccioribus umbrosis passim. — ad pagúm Ballin in der Tannenheide in der Allée. Majo, Junio c. caps. operculat.

Obs. Hic muscus quidem multopere variat; at tamen varietatem legi memorabilem et quae propriam speciem constituere forte digna est, uti ex sequenti delineatione cuique patebit. — Caules densissime cespitosi, cespitibus totis ad unum latus protensis. Folia ut in praecedente, at dilutiora. Pedunculus leniter flexuosus, surculis innovatis brevior, ut ita cum capsula sua in foliis absconditus sit. Capsula obovata castanea nitidissima glabra nec striata. Operculum exacte conicum subulatum, nec e basi convexa illico in

subulum abiens. — prope pag. Ballin in der Tannenheide in turfosis paludos. ad trunc. putrid. Augusto c. caps. opercul. et deopercul.

*** Foliis directione aequali.

† Fragilia.

862. Dicranum glaucum.

D. trunco erecto ramoso fragili; foliis dense imbricatis ovato-lanceolatis exfascisulatis; capsulae inclinatae oblongo-ovatae operculo curvirostro acutissimo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 165.

Habitat in turfosis paludosis sylvatic. ad alnorum radices frequens. — ad pagos Ballin et Sponholz am Wege nach Warlin. Aprile c. capsulis operculatis legi.

†† Non fragilia.

863. Dicranum pusillum.

D. trunco erecto simplici; foliis capillaribus erectis exfasciculatis; capsulae suberectae ovoideae operculo longe et oblique rostrato.

Habitat in turfosis siccis rarius. — ad pagum Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten. Septembre c. caps. operculat et deopercul.

864. Dicranum Schreberianum.

D. foliis e dilatata amplexante basi derepente longe subulatis; sporangiis (capsulis) cernuis; operculo conico levissime cuspidato. Hedw. l. c. p. 144. Tab. 33. f. 6—10.

D. Schreberi Swartz l. c. p. 37. Tab. II. f. 6.

Habitat in agris limosis ad latera fossarum umbrosa. rarius. — ad pagum kl. Miltzow am Wege nach Badresch an der Grenze. Augusto c. caps. immatur.

865. Dicranum varium.

D. trunco suberecto ramosiusculo; foliis lanceolato-carinatis subulatisque directione variis; capsulae subcernuae oblongo-ovatae operculo rostrato subobliquo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 169.

Habitat in agris subhumidis sylvaticis frequens. — prope Neubr. am Mühlenholz et bei der Zirzow. Mühle an den Hohlwegen. Novembre c. capsul. operculat.

866. Dicranum spurium.

D. trunco erecto ramosissimo; foliis lanceolatis, in summitate confertioribus; capsulae cernuae cylindricae arcuatae operculo e basi conica longe acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 171.

Habitat in pinetis elatioribus passim. — ad oppidum Stargard in den Hufentannen gleich vorne, Junio absque capsul.

867. Dicranum fastigiatum.

D. trunco suberecto ramosissimo: ramis incrassatis fastigiatis; foliis lanceolato-linearibus obtusiusculis concavis carinatis ductulosis, apice serrulatis; capsulae oblongae subinclinatae operculo e basi convexa longe subulato.

D. Bergeri Blandow Musc. frond. exsicci. Fasc. III. No. 114.

Habitat in turfosis siccis sphagnetis passim. — ad pagum Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten. Julio c. caps. operculat.

Variat. trunco laxiore decumbente; foliis rarioribus insigniter undulatis, siccitate squarroso-flexuosis. — in paludosis sylvaticis hyeme inundatis. — ad pag. Ballin in der Tannenheide an der Allée.

Descriptio. Caules in cespites densissimos conferti suberecti, basi nonnunquam decumbentes robusti 3-4 uncias longi, inferne tomento ferrugineo foliisque emarcidis tecti ramosissimi: rami incrassati trunco adpressi fastigiati. Folia sparsa erecta lanceolato-linearia concava carinata, apice obtusiusculo lenissime serrulata, ductulorum fasciculo valido apicem attingente instructa, splendentia; inferiora squalido-fusca emarcida, superiora atroviridia, suprema confertiora e viridi flavicantia subundulata: perichaetialia reliquis similia, at magis acuminata. Pedunculi terminales plerumque solitarii, unciales et paulo longiores tenues subflexuosi purpurei. Capsula ovato-oblonga subinclinata fuscescens. Calyptra non visa. Operculum e basi convexa purpurea in subulum rectum longum pallide-viridem abiens. Peristoma generis.

Observ. Elegans haec species prope Sültz Ducat. Megap. Swerinens. a Cel. d. Berger primo detecta est, paulo post et ego in loco indicato copiose eam legi. — Dicr. spurium quo-

dam modo refert; hoc autem a nostro differt: trunco duplo et triplo breviore; foliis brevioribus latioribus ovato-lanceolatis, apice acutioribus, nec lanceolato - linearibus apice obtusiusculis evidentius serratis.

868. Dicranum purpureum.

D. trunco erecto dichotomo; foliis lanceolato-carinatis; pedunculis e trunci ramorumque annotinorum apice; capsulae inclinatae ovatae operculo conico acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 172.

Habitat in arenosis apricis, muris ubicunque. Julio c. caps. operculat.

869. Dicranum palustre.

D. trunco erecto superne diviso; foliis laxe imbricatis patentibus lineari-subulatis; capsulae subcylindricae inclinatae operculo conico acutissimo. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 174.

Habitat in pascuis humidiusculis ad latera fossar. — ad pagum Ballin auf der Weide gleich hinter dem Hofgarten. Julio c. caps. operculat.

Obs. Vix praecedentis mera varietas; habitus saltem est diversissimus.

** Capsula cum apophysi.

870. Dicranum cerviculatum.

D. trunco erecto simplici; foliis lanceolato-acuminatis exfasciculatis; capsulae ovoideae subobliquae apophysi exigua; operculo oblique subulato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 180.

Habitat in turfosis siccioribus rarius. — ad pagum Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten. Junio c. capsul. operculat.

Nota. Si quis hujus et praecedentis generis species jam citatas commode legere voluerit, adeat is terram pluries dictam Ballin, Domino ab Holstein, Viro et nomine et humanitate Nobilissimo pertinentem; si enim nonnullas easque perpaucas exceperis species, omnes reliquas ibidem legi, et plurimas quidem in sylva memorata, aliis quoque muscis plantisque phaenogamis ferascissima.

Sect. II. Peristomate ciliato.

TORTULA. (Strickmoos.)

Bridel l. c.

Flos monoicus. Masculus gemmiformis. Peristoma simplex ciliatum: ciliis spiraliter convolutis.

* Caule simpliciusculo.

871. Tortula subulata.

T. trunco subsimplici; foliis ovato-lanceolatis brevissime mucronatis; capsulae erectae cylindricae operculo longissime subulato. Bridel l. c. T. 2. P. 1. p. 184.

Habitat in sylvis ad terram proclivam frequens. — prope Neubr. am Mühlenholz gleich hinter der Heidmühle. Aestate c. caps. operculat.

** Caule ramosiusculo.

872. Tortula muralis.

T. trunco subramoso; foliis spathulato-lanceolatis longe piliferis; capsulae erectae subcylindricae operculo conico acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 186.

Barbula muralis Timm l. c. p. 220.

Habitat in muris tegulis ubicunque. Aestate c. capsulis operculat.

Obs. E sententia Nonnullorum haec species sub Barbulae genere potius militare debet; ab Hedwigio tamen et Bridelio discedere nolui.

BARBULA. (Bartmoos.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus capituliformis. Peristoma simplex ciliatum: ciliis spiraliter convolutis.

** Caule ramoso.

873. Barbula ruralis.

B. trunco ramoso; foliis ovato-oblongis carinatis reflexis piliferis, ad ramorum apicem stellatis; capsulae erectae subcylindricae operculo longo oblique conico. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 195.

Habitat in tectis stramineis et muris ubicunque. Majo c. caps. operculat.

874. Barbula unguiculata.

B. trunco sub apicem ramoso; foliis lineari-lanceolatis carinatis obtuso-mucronatis: perigonialibus omni-

omnibus fasciculo instructis; capsulae erectiusculae subcylindricae operculo elongato conico subobliquo. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 197.

Habitat in arenosis umbrosis frequens. — prope Neubr. am Mühlenholz bei der hintersten Mühle. Aprile c. caps. operculat.

875. Barbula nervosa.

B. trunco erecto subramoso: ramis incrassatis; foliis erectis imbricatis acuminatis; capsulae oblongae operculo subobliquo. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 199.

Habitat in arenosis umbrosis humidiusculis cum praecedente commista. Aprile c. caps. operculat.

876. Barbula fallax.

B. trunco ramosissimo; foliis lineari-lanceolatis recurvato-patulis; perigonialibus intimis exfasciculatis; capsulae oblongae operculo oblique rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 201.

Habitat ad vias cavas sylvatic. arenos. frequens. — ad oppidum Stargard am Klüschenberg am langen Weg et bei der Zirzowschen Mühle. Aprile c. caps. operculat.

877. Barbula convoluta.

C. trunco ramoso; foliis caulinis lanceolato-carinatis: perichaetialibus in cylindrum convolutis; capsulae erectae subarcuatae operculo oblongo acuto. Bridel l. c. T. 2. P. I. p. 205.

Habitat in arenosis graminosis infrequens. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagenschen Grenze bei dem alten Thurm. Martio c. capsulis operculat.

Classis IV.

DIPLOPERISTOMATI.

Sect. I. Peristomate dentato-ciliato.

a) Dentibus apice liberis.

Neckera. (Neckere.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus, rarius hermaphroditus. Masculus alaris gemmiformis. Foemineus alaris. Peristoma duplex; exterius dentatum; interius ciliatum dentibus sedecim ciliisque totidem basi liberis.

* Capsula sessili.

† Foliis distichis.

878. Neckera pennata.

N. surculo decumbente ramoso; foliis distichis ovato-lanceolatis obtusiusculis undulatis exfasciculatis; capsulae ovatae perichaetio immersae operculo oblique rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 2.

Habitat in sylvis umbrosis ad truncos arbor. rarius. — ad pagum Wittenborn lecta est ab amico perdilecto Dno ab Oertzen mecumque communicata. Julio c. caps. operculat.

** Capsula pedunculata.

†† Foliis subsecundis.

879. Neckera viticulosa.

N. surculo decumbente ramoso: ramis longis gracilibus subsimplicibus; foliis oblongo-lanceolatis, apice obtuso reflexiusculis subsecundis; capsulae

erectae subcylindricae operculo acute conico. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 13.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram proclivam et truncos arborum frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Aprile c. caps. operculat.

††† Foliis directione aequali.

880. Neckera dendroides.

N. surculo repente prolifero; caulibus erectis fasciculatim ramosis: ramis teretibus subsimplicibus erectis; foliis ovato-lanceolatis concavis sub apicem serratis; capsulae erectae subcylindricae operculo conico aristato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 14.

Habitat in pratis sylvaticis et supra saxa in humidis frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Octobre absque capsul.

881. Neckera curtipendula.

N. surculo prostrato vage ramoso: ramulis incrassatis; foliis imbricatis patulis ovato-subulatis, sub apice serrulatis: perichaetialibus interioribus convolutis longissimis; capsulae nutantis ovatae operculo acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 16.

Habitat in sylvis supra saxa et arbor. truncos. — prope Neubrandenburg im Nemerowschen und Mühlenholz. Aprile c. capsul. opercul.

ORTHOTRICHUM. (Borstenmoos.)
Bridel. l. c.

Flos monoicus dioicusve. Masculus alaris gemmiformis terminalisque capituliformis. Peristoma duplex: exterius dentatum dentibus sedecim reflexilibus; interius ciliatum: ci-

liis (processibus filiformibus Hedw.) albis linearibus, excisso-fimbriatis.

* Genuina.

882. Orthotrichum crispum.

O. trunco erecto ramoso; foliis lineari-lanceolatis, siccitate crispis; capsulae ovatae e pedunculo continuatae operculo convexo acumine obtuso. Bridel. l c. T. 2. P. 2. p. 19.

Habitat in sylvis umbrosis ad arbor. truncos. frequens. — prope Neubr. im Broda. Holz. Junio c. caps. opercul.

883. Orthotrichum striatum.

O. trunco erecto ramoso; foliis lanceolatis margine revolutis patulis; capsulae oblongae striatae peristomate externo dentibus sedecim geminatis: interno dentibus octo capillaceis; operculo obtuse acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 22.

Habitat in arborum, praesertim salicum truncis frequens. Martio cum capsulis.

884. Orthotrichum affine.

O. trunco erecto, foliis lanceolatis margine revolutis patulis; capsulae oblongae striatae peristomate externo dentibus sedecim geminatis: interno dentibus octo capillaceis; operculo obtuse acuminato. Bridel l. c. T. 2. P 2. p. 22.

Habitat in truncis salic. et arbor. horaear. frequens ubique. Junio c. capsul. opercul.

885. Orthotrichum obtusifolium.

O. trunco erecto subramoso; foliis ovatis concavis

obtusis; calyptra campanulata subglabra; capsulae ovatae sessilis peristomate interno dentibus octo integris; operculo conico obtusiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 23.

Habitat in trunc. Salic. frequens. — prope Neubr. an dem Treptowschen Damm. et ad pagum Bredenfelde in der Koppel am Hofe, ubi Julio c. caps. perfectis operculat. et deoperculat. legi. — Rarissime alias fructificat.

886. Orthotrichum pumilum.

O. foliis lato-lanceolatis acutis, margine revolutis patulis; capsulis cylindraceis subsessilibus; peristomiorum dentibus octo albidis; calyptra nuda. Swartz l. c. p. 42. Tab. IV. f. 9.

Habitat in truncis Salic. Tiliar. et Ulmi, nec non Coryl. Avellan. frequens. Junio c. caps. opercul. et deoperculat.

887. Orthotrichum cupulatum.

O. trunco erecto ramoso; foliis suberectis oblongo-lanceolatis acutis, margine subrevolutis; calyptra semiglobosa; capsulae oblongae peristomate simplici sedecies dentato; operculo e basi convexiuscula obtuse acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 25.

Habitat ad saxa locis humidiusculis infrequens. — prope Neubrandenburg am Wege nach der Heidmühle. Augusto c. capsul. operculat. et deoperc.

888. Ortotrichum saxatile.

O. trunco erecto ramoso; foliis oblongo-lanceolatis margine revolutis patulis; calyptra conica; capsulae oblongae peristomate simplici sedecies denta-

to; operculo obtuse acuminato. Bridel l.c. T.2. P.2. p. 27.

O. annomalum Timm l. c. p. 211.

Habitat ad saxa ubique sat frequens. Majo c. caps. operculat. et calyptrat.

889. Orthotrichum diaphanum.

O. trunco erecto subramoso; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, apice diaphanis; capsulae oblongae peristomate interno sedecies dentato: dentibus subreflexilibus; interno toties capillaceo-ciliato; operculo convexo mucronato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 29.

Habitat ad saxa et Salic. truncos. passim. — prope Neubr. vor dem Friedland. Thor. et ad pag. Lübbersdorf an der Gartenmauer an dem Hofe. Aprile c. caps. operculat.

LESKEA. (Leskee.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus. Masculus foemineusque alares gemmiformes. Peristoma duplex: exterius e dentibus sedecim subulatis reflexilibus; interius e ciliis totidem basi membranula connexis.

* Foliis distichis.

890. Leskea complanata.

L. surculo repente diviso diversimode pinnato: pinnulis apice filiformibus; foliis imbricatis distichis ovato-oblongis apice obtuso mucronatis, in pinnulis lanceolatis; capsulae erectae ovatae oper-

culo conico-acuminato subobliquo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 34.

Habitat in sylvis ad arbor. truncos et ad saxa passim. — prope Stargard am Klüschenberg und im Sabelschen Holz. Martio c. caps. deoperculat.

891. Leskea trichomanoides.

L. surculo repente ramoso; foliis distichis oblongis acinaciformibus apice rotundatis, fasciculo donatis; capsulae erectae ovatae operculo oblique rostellato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 36.

Habitat in nemoribus ad arborum truncos et ad ipsam terram proclivam frequens. — prope Neubrandenb. im Mühlenholz. Martio c. caps. opercul. et deopercul.

** Foliis secundis.

892. Leskea palustris.

L. surculo repente ramoso: ramis subsimplicibus erectis; foliis ovato-lanceolatis subsecundis; capsulae leviter nutantis subcylindricae operculo conico obtusiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 38.

Habitat in humidis ad saxa infrequens. — prope Neubr. bei der Brandmühle unter der Mahlarche. Julio c. caps. deoperculat.

893. Leskea attenuata.

L. surculo repente vage ramoso: ramis incurvis apice attenuatis incrassatisque; foliis ovato-lanceolatis secundis; capsulae erectae oblongo-cylindricae operculo e basi conica obscure acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 39.

Habitat in praeruptis sylvaticis arenosis passim. — prope Neubr. bei der hintersten Mühle, et in dem Gehölz bei der Zirzow. Mühle: cum capsulis nunquam mihi occurrit.

*** Foliis directione aequali.

894. Leskea sericea.

L. surculo repente ramoso: ramis confertis subdivisis erectis; foliis lanceolatis acuminatis trinerviis; capsulae erectae subcylindricae operculo conico acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 40.

Habitat in Salic. annos. truncis uberrime. Majo. c. caps. operculat.

895. Leskea polyanthos.

L. surculo repente ramoso: ramis confertis subsimplicibus, apice incurviusculis; foliis lanceolatis exfasciculatis; capsulae erectae ovatae operculo e basi conica acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 42.

Habitat in Salicum annos. truncis frequens ubique. Octobre c. caps. opercul.

Hypnum. (Astmoos.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus foemineusque gemmiformis axillaris. Peristoma duplex: exterius dentibus sedecim acutis apice liberis reflexilibus; interius ciliis e membrana difformibus.

* Surculo simplici.

Fissidentoidea.

896. Hypnum denticulatum.

H. surculo depresso subsimplici, basi innovante; foliis imbricato-distichis, oblique ex ovato-lanceolatis concavis; pedunculis subbasilaribus; capsulae inclinatae cylindricae operculo acute conico. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 52.

Habitat in humidis sylvaticis ad terram et Alnor. radices frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Julio c. caps. operculat.

Variat. Foliis rarioribus quasi alternis et operculi rostro longiore. — prope pag. Ballin in humidis sylvaticis, in der Tannenheide.

Haecce varietas haud male responderet Hypno sylvatico nonnullorum Autorum et ipsius Bridelii; at ex omni reliqua parte procedenti H. denticulato nimium affinis est, quam quod proprio nomine eam salutarem.

** Surculo pinnatim ramoso, foliis secundis.

Filicoidea.

897. Hypnum filicinum.

H. surculo subprocumbente simpliciter pinnato: pinnis apice recurvis; foliis imbricatis falcatis secundis; capsulae nutantis subcylindricae operculo conico acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 55.

Habitat in paludosis sylvaticis frequens. — prope Neubr. bei der hintersten Mühle et im Nemerowschen Holz. Julio c. caps. operculat.

Variat. Surculis pinnatis simplicibus nonnunquam dichotomis longissimis, in apicem praelongum simplicissimum filiformem protensis pendulis: pinnis rarioribus distichis interruptis; foliis laxius dispositis patulis brevioribus ovato-lanceolatis atroviridibus. — prope Stargard unter der Freiarche, e trabibus aqua continue fluente suffusis propendens.

Parum abfuit quin propriam speciem (Hypnum pendulum) inde condidissem; at paulo post hoc idem ligna putrida saxaque dense vestiens capsulisque instructum reperi, surculis nunc brevioribus erectiusculis nec tam longe protensis; capsulis quidem non, ut in H. filicino arcuatis, sed angulo recto e pedunculo cernentibus, caeterum tamen ex omni parte cum hocce nimium congruens mihi visum est, quam quod separare voluissem.

898. Hypnum compressum.

H. surculo procumbente ramoso-pinnato compresso: pinnis laxioribus subinordinatis, apice recurvis; foliis cordato-lanceolatis, oblique acuminatis secundis; capsulae subcylindricae nutantis operculo conico acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 58.

H. (compressum) surculis procumbentibus pinnatis cum ramis apice recurvis; foliis ovato-lanceolatis apice decurvis secundis enerviis. Roth l. c. T. 3. P. 1. p. 286.

Habitat in pinetis humidiusculis rarius. — prope Neubrandenburg in den Tannen am Wege

nach Rowa, gleich hinter dem Tannenkrug, Julio absque capsul.

Obs. Planta mea, quae Cel. Rothii descriptioni exactissime respondet, vix eadem est quam Cel. Bridel delineavit. Rothius enim tam in differentia specifica quam in ipsa descriptione disertis verbis folia enervia dicit, quae contra Bridelius ductulosa vidit, fasciculo totam folii longitudinem metiente et in apiculam brevissimam protenso. In meis speciminibus folia omnino enervia sunt et longe cuspidata.

899. Hypnum Crista castrensis.

H. surculo procumbente ramoso: ramis simpliciter pinnatis; pinnis confertis decrescentibus, apicibus revolutis crispis; foliis falcatis contortis secundis exfasciculatis; capsulae obliquae crassiusculae operculo conico obtuso. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 61.

Habitat in pinetis elatioribus passim. — ad pagum Ballin in den Tannen nach Loitz, et in den Rowa. Tannen; c. capsulis mihi nondum occurrit.

Obs. Bridelius H. molluscum Hedw., quod Rothius ad H. compressum refert, ad hocce H. Cristam castrensem reduxit; at ex mea qualicunque opinione horum neutro quadrat, sed ad H. Timmii, infra describendum pertinet, quocum unam eandemque plantam constituit.

*** Surculo pinnato, foliis non secundis.

Cupressoidea.

900. Hypnum proliferum.

H. surculo subdiviso, duplicato-pinnato, ex annuis innovationibus continuato, caule purpureo; foliis imbricatis ovato-lanceolatis apice piliformi; pedunculis subadgregatis; capsulae nutantis ovatae operculo e basi conica curvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 68.

Habitat in pinetis et juniperetis frequens ubique. Aprile, Majo c. caps. operculat. et deopercul.

901. Hypnum parietinum.

H. surculo diviso, subtriplicato-pinnato, caule viridi; foliis imbricatis, triquetro-lanceolatis, apice piliformi, longitudinaliter rugosis; pedunculis subadgregatis; capsulae nutantis ovatae operculo e basi conica curvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 71.

Habitat in sylvis umbrosis frequens. — prope Neubrandenb. im Brodaschen und Mühlenholz. Aprile c. caps. opercul.

902. Hypnum recognitum.

H. surculo decumbente diviso bipinnato; foliis imbricatis triquetro-lanceolatis apice piliformi, striatis: in ramulis minimis exfasciculatis; capsulae cernuae oblongae operculo conoideo; peristomii interni processibus perforatis. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 74.

H. delicatulum. Timm. l. c. p. 229.

Habitat in sylvis montosis passim. — prope Neu-

brandenb. im Nemerowschen Holz auf den Bergen gegen das hohe Ufer. Julio c. capsul. operculat.

903. Hypnum abietinum.

H. surculo decumbente ramoso: ramis laxe et simpliciter pinnatis, pinnis compressiusculis lineari-subulatis rigidis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis striatis; capsulae cernuae oblongae operculo conico apiculato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 80.

Habitat in sylvis siccioribus ad terram proclivam frequens — prope Neubr. im Ihlenfeldschen Holz und bei der Zirzowschen Mühle. c. capsulis nunquam vidi.

904. Hypnum praelongum.

H. surculo decumbente subirregulariter pinnato: pinnis laxis subramosis; foliis laxe imbricatis ovato-lanceolatis; capsulae nutantis oblongae operculo e basi conica curvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 82.

Habitat in sylvis umbrosis subhumidis et hortis pomariis frequens. — In der Mildenitzer Heide. Aprile c. capsul. deopercul. et opercul.

905. Hypnum cuspidatum.

H. surculo suberecto ramoso; ramis simpliciter pinnatis: pinnis brevibus, superioribus longe cuspidatis; foliis ovatis acuminatis exfasciculatis: supremis convolutis longioribus; capsulae nutantis ovato-cylindricae operculo obtuse conico. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 86.

Habitat in pratis humidis ubique. Junio c. caps. operculat.

906. Hypnum Schreberi.

H. surculo suberecto ramoso: ramis simpliciter pinnatis pinnisque incurvatis compressis; foliis laxe imbricatis ovatis exfasciculatis; capsulae inclinatae subcylindricae operculo conico rectiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 88.

H. compressum Timm l. c. p. 225.

Habitat in sylvis pinetis frequentissime. — prope Neubr. in den Rowaer Tannen. Vere c. caps. deoperculat.

907. Hypnum purum.

H. surculo suberecto ramoso: ramis simpliciter pinnatis: pinnis teretibus incurvatis; foliis imbricatis ovatis concavis mucronulatis, fasciculo donatis; capsulae inclinatae subcylindricae operculo acute conico subincurvo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 89.

Habitat in pinetis humidiusculis frequens; cum priori, et prope pagum Ballin in den Tannen nach Loitz. Majo c. capsul. operculat.

908. Hypnum Illecebrum.

H. surculo procumbente vage ramoso; ramis inordinate pinnatis: pinnis teretibus obtusis; foliis dense imbricatis concavis obtusis mucronulatis; pedunculis pinnarum longitudine; capsulae inclinatae crassiusculae operculo conico acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 91.

Habitat in paludosis sylvestribus rarius. — ad pa-

gum Jatzke in dem Bruch an der Eichhorst. Grenze. Julio c. capsulis deoperculat.

Obs. Equidem haud concipio quo modo nonnulli Botanici hunc muscum Hypno puro simillimum dicere potuissent, qui habitu suo filiformi vel subuliformi diversissimus est. Perpera hac assertione inductus Hypni puri specimina aureo-flavicantia cum ramis brevibus obtusis inordinatae sparsis instructa, qualia in turfosis siccis et pascuis, at semper sterilia occurrunt, diu pro H. Illecebro habui, usquedum mihi ipsi hunc muscum legere contigit, quem caeterum non in pascuis et sylvis legi, uti volunt Plurimi, sed in ipsis profundissimis paludibus, cum Hypno scorpioide et adunco associatum. — Gallorum denominatio (Hypne vermiculaire, Hypnum vermiculatum) hujus musci habitum perbene designat.

909. Hypnum nitens.

H. surculo adscendente simpliciter pinnato: pinnis approximatis subulatis; foliis imbricato-patulis lanceolatis, apice piliformi, striatis: perichaetialibus longissimis; capsulae inclinatae ovatae operculo conico acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 93.

Habitat in paludosis pratis frequens. — ad pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese et alib. Majo c. capsulis, plurimis deoperculat.

**** Surculo fasciculatim ramoso.

D e n d r o i d e a.

910. Hypnum Arbusculum.

H. surculo repente diviso: divisionibus erectis inferne nudis, superne ramosis; ramis fasciculatis compressis subpinnatis; foliis ovato-lanceolatis serrulatis; capsulae cernuae operculo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 96.

Habitat in sylvis nemorosis rarius. — ad pagum Stolpe in der Heide nach Bredenfelde, et ad pagum Bresewitz. c. capsulis nondum legi.

***** Surculo confertim ramoso.

S c i u r o i d e a.

a) Foliis directione aequali.

911. Hypnum murale.

H. surculo repente; ramis confertis erectis teretibus subsimplicibus; foliis imbricatis ovatis acutis; capsulae nutantis ovatae operculo curvirostro. Bridel. l. c. T. 2. P. 2. p. 103.

Habitat in muris lateritiis infrequens. — prope Neubrandenb. an der Stadtmauer am Friedland. Thor et in pago Krekow am Hofgarten. Martio c. caps. opercul.

912. Hypnum velutinum.

H. surculo repente; ramis confertis erectis simplicibus; foliis imbricatis patentibus lanceolatis, acumine longo piliformi: perichaetialibus interioribus crinitis; capsulae nutantis oblongae operculo conico

nico obtusiusculo; pedunculo muriculato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 105.

Habitat in sylvis umbrosis arenosis frequens. Martio c. capsul. operculat.

913. Hypnum pseudo-plumosum.

H. surculo repente; ramis confertis suberectis teretibus incrassatisve; foliis imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis uninerviis integerrimis; capsulae subcernuae ovatae operculo conico-acuto, pedunculo laevi. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 108.

Habitat in humidis nemorosis ad saxa frequens. — prope Neubrandenburg im Brodaschen Holz et ad pagum Lichtenberg auf Steinen in einem Wasserlauf. Majo c. capsulis operculat.

Obs. Folia omnia apice tenuissime serrata invenio. — Varietatem asservo, foliis tenuioribus longioribus splendore minus indutis viridibus, habitum plumulosum magis praebentibus evidentius serratis; surculis longe reptantibus: ramis distichis erectis; capsulis minoribus, operculo acutiore. — ad pagum Bredenfelde in einem Wasserlauf im Holz auf Steinen. Aprile c. caps. operculat.

914. Hypnum intricatum.

H. surculo repente; ramis confertis brevibus erectis; foliis laxius imbricatis patentibus lanceolatis, acumine piliformi: perichaetialibus interioribus oblongo-lanceolatis; capsulae ventricosae nutantis operculo conico-acuto; pedunculo muriculato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 109.

Habitat in sylvaticis ad vias cavas arenosas et ligna

demortua. — prope Stargard im Sabelschen Holz. Novembre c. caps. opercul.

915. Hypnum serpens.

H. surculo repente ramoso: ramulis confertis subsimplicibus filiformibus suberectis; foliis laxis subulato-lanceolatis setaceis minimis; capsulae e basi angustata sensim dilatatae cernuae operculo convexo breviter acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 111.

H. cupressiforme Timm. l. c. p. 227. (Errore typographico!)

Habitat in humidis ad ligna demortua arborumque radices ubique. — Majo c. caps. operculat.

Obs. Multismodis variat hocce Hypnum: specimina asservo surculis ramisque tenuissimis filiformibus, foliis fere setaceis, et aliis statura ex omni parte duplo majori; colore nunc eleganter viridi nunc fulvo-aurantiaco.

916. Hypnum exiguum.

H. surculis cespitosis brevissimis filiformibus; foliis sparsis lanceolato-linearibus strictis integerrimis; capsulis ovatis suberectis; operculo conico-subulato, apice recurvato.

H. exiguum Blandow. Musc. frondos. exsicat. Fasc. II. No. 98.

Habitat in humidis ad saxa et lapides laterit. rarius. Neobrandenburgi am Fuſse der Stadtmauer hinter dem Komödienhause. Aprile et Majo c. caps. operculat.

Descr. Surculi filiformes brevissimi subramosi

depressi, cespitulum pulvinatum vix unciam in diametro metientem efficientes, dense implicati. Folia sparsa lanceolato-linearia tenuissima concava stricta atroviridia integerrima, vix ductulosa, siccitate fere setacea. Pedunculi e centro cespituli egredientes vix semiunciales subincurvati purpurei, leniter torti. Capsulae rotundato-ovatae suberectae badiae. Calyptra pallide flava dimidiata subulata. Operculum e basi conico longe rostratum subulatum, apice uncelli in modum recurvatum. Peristomii exterioris dentes subfusci erecti in conum approximati; interioris filiformes albissimi exterioribus tecti.

Obs. Amicus perdilectus Dn. Blandow, pharmaciae candidatus hunc elegantem muscum prope Rostock Ducat. Megapolitan. Swerinens. primus detexit, paulo post et ipse eum loco indicato legi. — Hypno serpenti et tenui proxima est haec species, ab utroque tamen diversa: exiguitate, modo crescendi et operculo.

917. Hypnum tenue.

H. surculo repente: ramis filiformibus erectis; foliis ovato-acuminatis nervosis remoto-patulis; capsulis oblongis cernuis: operculo conico. Schrader. System. Samml. kryptog. Gewächse. Lief. 1. p. 18. No. 81.

H. serpens β. tenue. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 114.

Habitat in pratis humidis ad saxa et ligna demortua. passim. — ad pagum Mildenitz an dem

Wolfshagenschen See. Augusto c. caps. deoperculat.

Obs. Cel. Bridel hanc speciem Hypni serpentis meram varietatem esse putat; at ex mea qualicunque observatione sufficienter distincta est ut ipse quoque hujus musci detector, Cel. Schrader (Journal f. d. Botanik 1801. St. 1. p. 202.) iterum affirmat.

918. Hypnum trichopodium.

H. trunco decumbente ramoso; foliis remotissimis alternis cordato-lanceolatis acuminatis denticulatis ductulosis; pedunculis tenuissimis praelongis; capsulae ovatae incurvatae operculo obtuse conico.

H. Schultzii. Blandow l. c. fasc. III. No. 150.

Habitat in pratis uliginosis tenui gramine tectis infrequens. — prope Neubrandenburg am Stargard. Wall im Werderbruch. Majo c. caps. operculat et deoperculat.

Descr. Surculi decumbentes tenuissimi flaccidi pellucidi ramosi: rami alterni simplices suberecti. Folia remotissima alterna amplexicaulia cordato-lanceolata longe cuspidata tenera pellucida elegantissime reticulata dilute viridia, margine tenuissime denticulata fasciculata, fasciculo tenui versus apicem evanescente: perichaetialibus latioribus cuspidatis in cylindrum convolutis. Pedunculi e trunci basi exsurgentes tenuissimi flexuosi longissimi purpurascentes. Capsula ovata basi attenuata incurvata, ore patula, maturitate fusca. Operculum obtuse conicum. Peristomii exte-

rioris dentes sedecim rutilantes lanceolati longi erecti; interioris dentes albidi filiformes cum ciliis alternantes.

Obs. Haec species, quae ex Cel. Bridelii auctoritate nova est, ab H. serpenti, cui quodam modo affinis, foliis basi latioribus fasciculatis remotissimis reticulatis, pedunculis longissimis capillaceis, et operculo plano-convexo, vel obtuse conico satis superque distincta est.

b) Foliis secundis reflexis contortisve.

919. Hypnum Timmii.

H. surculo repente, ramoso-pinnato; foliis imbricatis ovato-lanceolatis recurvis, apice secundis, margine serrulatis, enerviis; capsulae ovatae subcurvatae operculo conico acutissimo.

H. Timmii Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 123.

H. Halleri Timm l. c. p. 228.

H. molluscum Hedw. Musc. frond. V. IV. p. 56. T. 22.

Habitat in pratis turfosis rarius. — ad pagum Warlin auf den Wiesen hinter dem Hof. Junio absque capsul.

Obs. Hypnum molluscum Hedw. a Rothio ad H. compressum, a Bridelio ad H. Cristam castrens. relatum, procul dubio ad horum neutrum pertinet, uti supra monitum est, sed cum H. Timmii Bridelii et H. Halleri Timmii unum eumdemqne muscum constituit, ut speciminum collatione edoctus sum. — Cum ipse ego

op

hoc Hypnum cum capsulis nondum legissem, capsulam e speciminibus fructiferis H. mollusci, ab amicis botanicis benevole mecum communicatis, descripsi.

******* Surculo vage ramoso, foliis secundis reflexisve.

Scorpioidea.

920. Hypnum aduncum.

H. surculo erecto vage ramoso: ramis simplicibus uncinatis; foliis ovato-lanceolatis falcatis, apice setaceo secundis striatis, perichaetio breviore; capsulae obliquae crassiusculae operculo convexo-rostrato brevi. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 131.

Habitat in pratis paludosis et aquis stagnantibus. frequens. — prope Neubrandenb. am Trollenhagen. Berg in den Lehmgruben et ad pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese. Majo c. capsul. operculat.

Variat. surculis semiulnaribus et longioribus, rigidis fragilissimis colore squalido, apicibus tantum viridibus, semper sterilibus. — prope Neubr. in dem Sumpf bei den raumen Eichen.

921. Hypnum uncinatum.

H. surculo prostrato vage ramoso; foliis subulato-carinatis secundis, apice setaceo longissimo falcatis, striatis; perichaetio longissimo; capsulae cylindricae cernuae operculo convexo - apiculato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 133.

Habitat in pascuis turfoso-paludosis rarior. — ad

pagum Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten; et ad pagum Neuhaufs an der Krumbek. Grenze. Junio absque capsulis.

Obs. Nullus dubito quin verum H. uncinatum — quod in nostra regione praecedente multo rarius est, nec vulgatius, uti vult Bridelius — legissem, quamvis Vir Celeber. id nunquam in paludibus, sed ad aquar. limpidar. margines in montibus editioribus quin imo in locis siccioribus et ad lapides vitam degere disertis verbis dixerit. Specimina mea, quae in ipsis profundissimis paludibus cum H. cuspidat. et cordifol. assotiata legi, exemplari in alpibus Salisburgens. ab Aestumatiss. Flörke lecto mecumque humane communicato exacte respondent, ni quod folia grandiora sint nec tam luculenter striata. Color quoque in meis magis rufescens est nec dilute viridis.

922. Hypnum cupressiforme.

H. surculo decumbente vage subpinnatimque ramoso: ramis simplicibus incurviusculis; foliis ovato-lanceolatis falcatis secundis exfasciculatis; capsulae oblongae arcuatae subcernuae operculo e basi conica cuspidato subincurvo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 134.

H. nitens Timm l. c. p. 227. (Errore typographico.)

Habitat in sylvis ad terram arenosam, saxa et truncos arborum ubicunque. Aestate c. caps. opercul. et deoperculat.

Varietas δ. H. cupressiforme δ. filiforme: surculo pendulo vage ramoso, ramis filiformibus; foliis in ramulis patentiusculis rectis. Bridel l. c.

In sylvis ad truncos Querc. annos. et saxa frequens, at semper absque capsulis.

923. Hypnum scorpioides.

H. surculo procumbente vage ramoso: ramis recurvis fragilibus; foliis inferioribus laxis subalternis, superioribus imbricatis falcatis secundis laevibus, fasciculo instructis; capsulae cernuae subcylindricae operculo conico, apice in rostellum inflexo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 141.

H. squarrosum Timm l. c. p. 227. (Errore typographico.)

Habitat in paludosis sylvaticis frequens. — prope Neobrandenb. auf der Kuhweide im Brüderbruch et ad pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese. Julio c. capsulis pluribus deoperculatis.

Obs. Fortunatim tandem mihi, quod vix ullo germanicorum, contigit hunc muscum cum capsulis legere, et tanta copia quidem ut Amici botanophili, quibus specimina fructifera hucusque forsan defuerint, haec secum communicandi et propensum et promptum me habituri sint. — Fructificationem talem inveni qualem Cel. Bridel descripsit, excepto tamen operculo, quod in vivis plantis non rostellatum, sed conicum acuminatum modo observavi; in statu sicco autem apice quasi propria apicula instructum esse videtur.

924. Hypnum loreum.

H. surculo reptante, vage ramoso; ramis subsimplicibus, apice incurvis; foliis ovato-subulatis carinatis patulo-secundis subreflexis, basi striatis; capsulae cernuae subrotundae operculo convexo acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 146.

Habitat in sylvis montanis passim. — prope Neubrandenb. im Brodaschen Holz (gleich hinter Belvedere. Martio absque capsul.

925. Hypnum squarrosum.

H. surculo adscendente vage ramoso: ramis suberectis, apicem versus attenuatis incrassatisque incurviusculis; foliis carinatis ovato-subulatis undique reflexis; capsulae ovatae inclinatae operculo brevi conico-obtuso. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 146.

H. scorpioides Timm l. c. p. 227. (Errore typographi!)

Habitat in uliginosis sylvaticis, ad pratorum margines frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz gleich vorne. Junio c. caps. opercul.

Variat. β. minus: surculo suberecto vage ramoso; foliis carinatis ovato-subulatis undique reflexis; capsulae ovatae inclinatae operculo acuto. Bridel ibid. — iisdem locis c. praecedente.

******** Surculo vage ramoso, foliis directione aequali.

c) Terrestria.

926. Hypnum longirostrum.

H. surculo subrepente, ramisque erectis vage ramo-

sis; ramulis apicem versus attenuatis incurvatis; foliis triquetro-lanceolatis patentibus striatis; capsulae nutantis subcylindricae arcuatae operculo longe et oblique rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 154.

H. striatum Timm l. c. p. 124.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram arborumque radices frequens. — prope Neubr. im Brodaschen und Mühlenholz. Majo c. caps. operculat.

Observatio. In chartulis meis duas hujus musci varietates asservo sat memorabiles.

Var. 1. Surculis longis repentibus subpinnatis: pinnis laxis flexuosis decumbentibus; foliis laxe imbricatis ovato-acuminatis uninerviis, non striatis, evidentius serratis; pedunculis brevibus, vix semiunciam longis, tuberculis purpureis exasperatis; capsulis minoribus, cum operculo longe rostrato contiguis. Tota planta colore aureo-flavicante gaudet. — Hypni longirostri pedunculus semper laevissimus est et operculi basis ob annulum ore capsulae major. — Habitat in sylvis umbrosis ad terram. — ad pagum Stolpe in der Heide. Aprile c. caps. operculat.

2. Surculis brevioribus repentibus densissime implexis subpinnatis: pinnis subdistichis brevissimis, vix semiunciam longis, erectis rigidis, apice patulis; foliis arcte imbricatis ovatis obtusiusculis striatis, tenuissime serratis, dilute viridibus; pedunculis ratione lon-

gis, tuberculis exasperatis. Capsula ovata cum basi operculi contigua. — Hypnum obesum Personii? vid. Bridel l. c.

Habitat in nemoribus ad terram. — prope Neubrandenb. im Brodaschen Holz. Aprile c. caps. operculat.

927. Hypnum brevirostre.

H. caule depresso: ramis vagis recurvis; foliis acuminatis striatis, undique patulis; capsulis ovatis ventricosis inclinatis: operculo conico apiculato. Roth l. c. T. 3. P. 1. p. 317.

H. rutabulum γ. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 162.

Habitat in sylvis nemorosis supra trunc. arbor. et saxa frequens. — prope Neubr. im Broda. Holz et prope Stargard im Sabelschen Holz. Majo. c. capsul. operculat.

Obs. Hic muscus, quem Cel. Bridel H. rutabuli varietatem putat, meliori jure ad H. longirostrum reduci posset, cui perquam similis est, nisi sat distinctivum characterem praeberet, ut propria species inde constitueretur.

928. Hypnum triquetrum.

H. surculo vage ramoso: ramis apice incrassatis ramulisque gracilescentibus apice incurvatis; foliis triquetro-lanceolatis striatis patentissimis; capsulae nutantis subcylindricae arcuatae operculo obtuse conico. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 157.

Habitat in sylvis umbrosis montosis uberrime. — prope Neubr. im Mühlenholz. Hyeme c. caps. operculat.

929. Hypnum rutabulum.

H. surculo vage ramoso: ramis teretibus subsimplicibus erectiusculis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis concavis; capsulae nutantis ovatae operculo conico acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 159.

Habitat in sylvis umbrosis humidis, in hortis ubique. Aprile c. capsul. operculat.

Variat. Statura grandiore et minore; colore eleganter viridi et albo-flavicante; pedunculis longioribus nunc brevioribus, tuberculis saturatius coloratis semper exasperatis. — In humidis ad saxa alia mihi occurrit varietas: surculis dense implexis brevissimis, ramis erectis apice patulis, capsulis summopere ventricosis.

930. Hypnum piliferum.

H. surculo vage ramoso: ramis subpinnatis, ramulis attenuatis declinatis; foliis ovatis concavis acumine piliformi; capsulae cernuae arcuato-cylindricae operculo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 162.

Habitat in sylvis humidiusculis et pratis sylvaticis passim. — prope Neubr. gleich hinter Belvedere et in der Mildenitzer Heide. Martio c. caps. operculat.

Obs. Surculis longioribus debilioribus suberectis; foliis, praesertim caulinis ex apice obtusiusculo piliferis et operculo rostrato a praecedente satis sese praebet distinctum. Hypno Schreberi non absimile est.

931. Hypnum albicans.

H. surculo adscendente vage ramoso: ramis parvis erectiusculis; foliis ovato-lanceolatis, longe acuminatis triplinerviis; capsulae cernuae ovato-arcuatae operculo conico. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 163.

Habitat in sylvis montosis ad declivia passim. — prope Neubrandenb. im Broda. Holz hinter den raumen Eichen. Aprile absque capsul.

932. Hypnum flavescens.

H. caulibus erectiusculis gracilibus ramosis; foliis lanceolato-setaceis adpressis carinatis; capsulis ovatis brevibus obliquis inclinatis; operculo brevissime conico obtusissimo. Roth l. c. T. 3. P. 1. p. 303.

Habitat in ericetis sterilissimis et pascuis arenosis passim. — ad pagum Jatzke am Fuſsteig nach Eichhorst an den Zäunen; et ad pag. Sponholz am Wege nach Warlin bei den jungen Fichten. Augusto absque caps.

933. Hypnum lutescens.

H. surculo ramisque depressis vage ramosis; ramulis teretibus rectis; foliis ovato-lanceolatis striatis; capsulae oblongae cernuae operculo acute conico incurviusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 164.

Habitat in sylvaticis ad terram praeruptam. frequens prope Neubr. im Mühlenholz. Martio c. capsul. opercul.

934. Hypnum myurum.

H. surculo repente vage ramoso: ramis simplicibus

subfasciculatimque ramosis, ramulis utrimque attenuatis incurvis; foliis dense imbricatis ovato-acuminatis concavis; capsulae erectae oblongo-ovatae operculo conico subincurvo. Bridel. l. c. T. 2. P. 2. p. 166.

Leskea vivipara Timm l. c. p. 223.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram et arbor. truncos frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Autumno sero c. caps. operculat.

d) Amphibia.

935. Hypnum rusciforme.

H. surculo repente vage ramoso, ramis subdivisis erectis pedunculiferis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis; capsulae nutantis ovatae operculo rostrato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 173.

H. riparioides Roth. et Autor.

Habitat in rivulis ad saxa frequens. — prope Stargard auf Steinen unter der Freiarche. Julio c. caps. opercul.

Obs. In saxis aqua stillante continue perfusis planta nonnunquam ad insignem longitudinem excrescit, surculis ramisque tunc complanatis, foliis alternis distichis magis acuminatis. Hujus indolis specimina reperies prope Neobr. bei der Brandmühle unter der Mahlarche.

936. Hypnum riparium.

H. surculo subprocumbente ramoso; ramis subdivisis complanatis; foliis ovato-lanceolatis distichis; capsulae inclinatae ovatae operculo e basi convexa acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 176.

Habitat ad ripas rivulor. et aquar. stagnant. in lignis putrid. et saxis frequens. — prope pagum Ballin an dem Teich im Garten. Augusto c. caps. deopercul.

937. Hypnum stellatum.

H. surculo erecto vage ramoso: ramulis compressiusculis; foliis sexfariam dispositis, superioribus ad latera opposita alternatim dejectis, e basi latiuscula vaginante lanceolatis, longe acuminatis patentibus; capsulae inclinatae ovatae operculo acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 179.

Habitat in paludosis turfosis sylvaticis passim. — prope Neubrandenburg im Brüderbruch; et ad pagum Jatzke in der Pferdekoppel. Julio c. caps. operculat. et deopercul.

Variat. Surculis tenuissimis filiformibus prostratis dense implexis, foliis lanceolato-setaceis vix nervosis; quam varietatem vix eamdem putares cum planta in paludibus profundis lecta, nisi alia specimina paulo majora transitum indicarent. — In turfosis siccis.

938. Hypnum longifolium.

H. surculo repente vage ramoso: ramis alternis depressis; foliis ovato-lanceolatis longissime acuminatis splendentibus integerrimis uninerviis; capsulae oblongae arcuatae operculo conico apiculato.

Habitat in pratis paludosis ad ligna demortua, saxa arborumque radices rarius. — ad pagum Mildenitz auf der Wiese am Wolfshagenschen See. Julio c. caps. plurimis deoperculat.

Descr. Surculi conferti repentes flaccidi elongati cum ramis apice obtusi patuli: rami breves alterni depressi. Folia sparsa ex ovata basi lanceolata longissima, in acumen praelongum filiformem siccitate flexuosum protensa, erecto-patula, siccitate squarroso-reflexa integerrima ductulosa: fasciculo valido versus apicem evanescente; inferiora fusco-nigricantia, superiora eleganter aureo-flavicantia, omnia nitidissime splendentia pellucida. Flores masculi gemmacei alares cum foemineis in eodem surculo. Pedunculi plurimi unciales rutilantes laevissimi leniter torti. Capsulae ovato-oblongae arcuatae fusco-rutilantes: Operculum conicum, apice apicula propria instructum. Peristomii exterioris dentes pallide rubri inflexi; interioris filiformes albidi recti.

Obs. Haec species, quae nova mihi videtur, ab omnibus saltem mihi notis diversa est. H. stellato quodum modo similis, ab eo tamen distincta est: surculis repentibus cum ramis depressis complanatis; foliis duplo longioribus, siccitate flaccidis reflexis, nervo valido instructis, elegantius splendentibus, nec siccitate rigide patentibus vix nervosis; pedunculis multo brevioribus; capsulae paulo robustioris operculo obtuse conico inde apiculato, nec acuminato-conico. — Nomen specificum forte non omnibus arridet; at insignis foliorum longitudo, quam specierum nulli propriam scio, characterem distinctivum praebere omnino mihi videtur.

939.

939. Hypnum cordifolium.

H. surculo depresso vage ramoso: ramis erectis subsimplicibus paucis; foliis laxis, undique trunco circumpositis, cordatis patulis; capsula oblonga cernua. Bridel. l. c. T. 2. P. 2. p. 180.

Habitat in paludosis sphagnetis frequens. — ad pagum Ballin in dem Moor hinter dem Hofgarten; et ad pagum Lichtenberg in mehreren Söllen auf dem Felde, sed semper absque capsulis, quamvis specimina ultra pedem longa legissem.

e) Aquatilia.

940. Hypnum fluitans.

H. surculo fluitante longissimo vage ramoso; ramis simplicibus; foliis laxe trifariis, oblongo-lanceolatis acuminatis; capsulae oblongae cernuae operculo convexo-acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 2. p. 182.

Habitat in pratis paludosis passim. — prope Neubr. im Brüderbruch et ad pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese. Augusto c. caps. deoperculat.

Variat. 1) surculis simplicioribus flaccidioribus longioribus eleganter viridibus — in aquosis profundioribus, et: 2) surculis suberectis ramosioribus cum ramis rigidioribus, quasi spinescentibus; foliis angustioribus, in ramis magis curvato-reflexis, colore e lutescente albido. — in pratis paludosis siccioribus graminosis. Ulteriorem hanc varietatem modo cum capsulis instructam legi.

BRYUM. (Knotenmoos.)

Bridel l. c.

Flos dioicus, rarius monoicus. Masculus terminalis capituliformis. Foemineus terminalis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim latiusculis acutis; internum membranaceum plicato-carinatum laciniatum; laciniis latiusculis capillaribusque alternis.

* Capsula erecta.

941. Bryum androgynum.

B. trunco erecto ramoso; foliis lanceolatis, siccitate crispulis; pedunculis capituliferis capsuligerisque; capsulae erectae ovatae operculo conico. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 16.

Habitat in paludosis ad radic. Alnor. frequens. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin im Gehölz rechts in dem Bruch; et in der Bredenfeldschen Heide am Wege nach Stolpe. Junio, ulteriori loco c. capsulis operculatis legi.

Obs. Hunc muscum rarissime capsulas proferre notum est, et solum Dillenium semel tantum eas in Anglia vidisse ait Bridelius. Mihi tamen quoque contigit plura specimina capsuligera legere. — Capsulae maturae nonnunquam cernuae imo pendulae evadunt, evacuatae vero iterum erectae sunt.

** Capsula cernua.

942. Bryum squarrosum.

B. trunco erecto subramoso; foliis quinquefariis re-

flexis; capsulae oblongae erecto-cernuae operculo subconico acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 19.

Habitat in pinetis paludosis c. Sphagno palustri. rarius. — prope Mirow lectum, sed absque capsulis.

**** Capsula pendula.

943. Bryum pulchellum.

B. trunco erecto simplici; foliis lanceolatis integerrimis; pedunculo flexuoso; capsulae pendulae e rotundo ovatae operculo conico acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 23.

Habitat in humidis sabulosis tenui gramine tectis rarissime. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagen. Grenze bei dem alten Thurm. Majo c. caps. operculat.

Obs. Elegantis hujus musci capsulam non cinnamomeam sed purpureo-rutilantem, nec operculum conicum acutiusculum invenio, sed e basi convexa apiculatum.

944. Bryum carneum.

B. trunco erecto subsimplici; foliis lanceolatis remotis tenerrimis; capsulae pendulae ovatae operculo obtuso mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 24.

Habitat in agris argillosis ad latera fossar. humid. rarius. — ad pagum kl. Daberkow am Wege nach Badresch. Majo c. caps. operculat. et deoperculat.

945. Bryum argenteum.

B. trunco erecto; ramis teretibus obtusis; foliis dense imbricatis, ovatis concavis apiculatis superne parenchymatis defectu argenteis; capsulae pendulae oblongae operculo obtuse conico brevi. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 26.

Habitat in muris terra tectis ubicunque. Aprile. Majo c. caps. operculat.

946. Bryum julaceum.

B. trunco erecto; ramis teretibus; foliis dense imbricatis ovatis obtusiusculis exapiculatis viridibus; capsulae pendulae cylindricae operculo mammillari brevi. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 28.

Habitat in umbrosis ad semitas rarius. — ad pagum Ballin im Garten hinter dem Hof in der Allée. Martio absque fructib.

947. Bryum annotinum.

B. trunco erecto brevissimo ramificante; foliis lanceolatis acuminatis remotis serrulatis; capsulae pendulae oblongo-pyriformis operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 32.

Habitat in sylvaticis arenosis ad latera fossarum et in vicinitate truncor. emort. Pini. passim. — prope Neubr. in den Rowa. Tannen et prope Stårgard im Sabelschen Holz. Majo, Junio c. caps. operculat.

Obs. Singularis hic muscus, qui falsis observationibus de Trentepohlia ansam praebuit, in nostra regione frequenter cum capsulis notisque illis bulbillis purpureis onustus occurrit.

Mnium. (Sternmoos.)

Bridel l. c.

Flos dioicus, rarius monoicus. Masculus terminalis disciformis. Foemineus terminalis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim latiusculis acutis; internum membranaceum plicato-carinatum laciniatum: laciniis latiusculis capillaribusque alternis.

* Capsula obliqua vel cernente.

† Maribus aliis disciformibus, aliis in capitulum pedunculatum adgregatis.

948. Mnium palustre.

M. trunco erecto apice diviso; foliis imbricatis lanceolato-acuminatis patulis; capsulae subcernuae oblongo-ovatae operculo conico obtusiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 73.

Habitat in paludosis turfosis sphagnetis frequens. — prope Neubrandenburg am Brodaschen Holz in dem Bruch bei den raumen Eichen; et ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin in dem Gehölz rechts. Junio c. caps. opercul.

Obs. Semel mihi denso agmine occuruerunt trunci masculi globulis illis pedunculatis e disci margine stellatim egredientibus instructi, quales Dillenius Hist. muscor. Tab. 31. f. 3. Litt. C. delineavit. Hi pedunculi inferius foliis minimis squamatim tecti sunt, at vix innovationum munere funguntur; asservo enim specimina surculis e disco proliferis, prole pedunculis illis globuliferis mar-

ginem disci semper tenentibus longe supereminente, et trunco ipsi simillima.

949. Mnium polycephalum.

M. trunco erecto ramoso; foliis imbricatis lanceolato-subulatis; pedunculis capituliferis inferne foliosis; capsula . . . . . . Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 76.

M. Bryum androgynum β. prolixum Roth l. c. T. 3. P. 1. p. 229.

Habitat in turfosis sylvaticis ad terram spongiosam et truncos putridos. Julio absque fructu. — ad pagum Ballin in der Tannenheide nach Bredenfelde an der Allée auf beiden Seiten.

Obs. Planta sane! singularis, quam denso agmine vigentem videre semel mihi accidit. Rothius eam ad Br. androgynum refert; Bridelius contra cum Webero Mnio palustri propinquiorem putat; at pace Virorum Celeberr., neutro plane quadrat. A. Br. androgyno recedit: trunco duplo saltem vel triplo majori debili decumbente, foliis rarioribus instructo; pedunculis longioribus tenuioribus capillaceis flexuosis, inferne foliis magnitudine decrescentibus remotis instructis, semper virentibus. Bryum androg. contra in cespitibus confertissimis crescit et trunci erecti aliquid stricti vel rigidi ostendunt arctissimeque foliis tecti sunt, et pedunculi, e truncorum coma egredientes, breviores recti rigidiores, foliis denudati, provectiore aetate rufescunt. — Nec cum Mnii palustris surculis masculis globuliferis

consocianda est planta; ab his enim diversa: trunco debiliore decumbente ramoso: ramis vel pedunculis secundum totam trunci longitudinem e foliorum axillis esurgentibus, nec solum discum modo occupantibus. — Caeterum folia non, uti vult Bridelius, lanceolato-subulata, sed lanceolata tantum acuminata sunt, supremis pedunculorum acutioribus.

** Capsula nutante vel pendula.

† Caulibus omnibus erectis.

950. Mnium serratum.

M. trunco erecto simplici; foliis longe ovatis acuminatis superioribus obiter serratis: perichaetialibus interioribus angustissimis; capsulae subpendulae ovatae operculo recurvirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 84.

Habitat in montosis humidis rarissime. — prope Neubr. vor dem Stargard. Thor links an dem Sandberge, Augusto c. caps. deoperculat.

951. Mnium crudum.

M. trunco erecto simplici; foliis ovato-lanceolatis linearibusque: perichaetialibus lineari-dentatis; capsulae subpendulae cylindricae operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 85.

Habitat in sylvis ad vias cavas arenos. frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Julio c. caps. opercul.

952. Mnium hornum.

M. trunco erecto subsimplici; foliis oblongo-lanceo-

latis, margine serratis; pedunculis sinuoso-curvatis; capsulae pendulae ovatae operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 87.

Habitat in humidis sylvaticis ad radices Alnorum copiose. — prope Neubr. in dem Bruch hinter der hintersten Mühle. Majo, Junio c. caps. operculat.

953. Mnium pseudo-triquetrum.

M. trunco erecto superne ramoso: ramis simplicibus; foliis laxe imbricatis ovato-lanceolatis carinatis rigido-patentibus; capsulae pendulae ovato-ventricosae operculo subconico apiculato. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 91.

Habitat in pratis paludosis sylvestribus frequens. — ad pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese, et prope Jatzke in dem Bruch in der Pferdekoppel. Julio c. caps. opercul.

954. Mnium bimum.

M. trunco erecto superne ramoso: ramis elongatis filiformibus; foliis laxe trifariis patulis ovato-lanceolatis acuminatis; capsulae pendulae longe obovatae operculo convexo acuminato.

M. bimum. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 93.

Habitat in pratis paludosis sylvaticis passim. — prope Neubrandenburg im Mühlenholz in dem Bruch zwischen der mittelsten und hintersten Mühle. Julio c. capsulis operculat.

Obs. Hedwigius cum nonnullis Recentiorum dubitavit an hic muscus a praecedente vere diversus sit; at ex mea qualicunque observatione om-

nino distinctam propriamque speciem sistit. Differt enim ab illo: trunco duplo saltem altiore teneriori magis ramoso: ramis longissimis filiformibus; foliis tenerioribus pallidioribus, praesertim superioribus et perichaetialibus longe acuminatis; in ramis rarioribus quasi alternis; Pedunculo longiore et operculo e basi convexo-depressa acuminato. Jam observo folia M. pseudotriquetri magis atroviridia nervo medio valido purpureo et marginibus crassioribus purpureis instructa, quod non idem video in foliis Mn. bimi magis pellucentibus et reticulatis.

955. Mnium turbinatum.

M. trunco erecto superne ramoso; foliis ovato lanceolatis patulis; capsulae pendulae pyriformis operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 95.

Habitat in pratis turfosis humidiusculis passim. — prope pagum Eichhorst auf der Pfarrwiese an einem Grabenborde. Junio c. caps. operculat.

956. Mnium caespititium.

M. trunco erecto ramoso: ramis brevibus inferne gracilioribus subnudis; foliis lanceolatis acumine setaceo; capsulae pendulae obovatae operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 96.

Habitat in arenosis siccis et muris terra tectis ubique copiose. Majo c. caps. opercul. et deoperculat.

Variat. trunco majori; pedunculis longioribus summopere flexuosis; capsulis robustioribus sub-

rotundis; operculo planiusculo mammillari. — promiscue cum praecedente et itidem in densis cespitibus crescit.

957. Mnium capillare.

M. trunco erecto ramoso: ramis longioribus apicem versus sensim incrassatis; foliis ovatis mucrone longo setaceo; capsulae pendulae obovatae (?) operculo conico acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 99.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram proclivam copiose. — prope Neubr. im Mühlenholz. Majo c. caps. operculat.

958. Mnium stellare.

M. trunco erecto ramoso: ramis elongatis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, ductulorum fasciculo crasso ante apicem evanescente; capsulae pendulae oblongae operculo convexo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 102.

Habitat in nemoribus summe umbrosis ad vias cavas, semper in aquarum fluentium vicinitate. — prope Neubrandenburg im Mühlenholz zwischen der mittel- und hintersten Mühle; et ad pagum Loitz in dem Holz an der Ballinschen Grenze an dem Ufer eines Wasserlaufs. frequens. — Junio c. caps. opercul.

Obs. Quid sit de Mnio stellari diversorum Autorum, omnino non intelligo. Hedwigius cum plurimis et ipso Bridelio huic musco folia integerrima adscribunt, perichaetialibus tantum sub

bona lente denticulatis. In meis speciminibus vero folia omnia (si infima emarcida exceperis) evidentissime serrata sunt et quidem sub lente mediocriter augente; propter vicinitatem vix dubitare est specimina a b. Timmio lecta eadem esse ac mea. — Cum hujus musci (veri pomi Eridis) paulo fusior descriptio in votis ad huc esse videatur eam adjicere haud ingratum fore spero.

Caules confertissimi subramosi rigidiusculi purpurei denso radicularum tomento fulvo inferius tecti, sescunciam ad duas uncias longi, erecti; Folia inferiora ovata mucronata, superiora ovato-lanceolata cuspidata, quasi aristata, suprema perichaetialia lanceolata longe acuminata, ductulorum fasciculo valido, ante apicem (ut eximie monet Cel. Bridel) abrupte desinente purpureo instructa, nitidissime punctata atroviridia, quasi aeruginosa, cauli oblique affixa, basi utrimque longe decurrentia, patentia quidem, sed apice cauli iterum admota, ideoque curvata; omnia evidentissime serrata, si infima exceperis; nec ideo perichaetialia tantum, sed in surculis masculis et annotinis folia omnia serrata invenies. Pedunculus sescuncialis, longior, purpurascens, subflexuosus apice arcuatus. Capsula oblonga pendula subcurvata, maturitate e purpureo nigrescens. Operculum convexum obtusissimum. Peristomium generis.

Obs. In speciminibus quae locis summe umbrosis

lecta fuerunt, folia omnia, praeprimis tamen inferiora colore aeruginosa sunt, et — quod singulare sane! est — specimina locis minus umbrosis arenosis lecta dilute vel e flavicante viridia, postquam domi aquis imbueram, antequam plane iterum exsiccata fuerant, hunc colorem coeruleo-aeruginosum quoque induerunt et perfecte exsiccata eam conservaverunt. — Folia caeterum valde fragilia sunt, ut vix specimen unicum haberes, foliis omnibus illaesis. — Planta siccata aegre reviviscit.

959. Mnium roseum.

M. trunco erecto subsimplici, inferne nudiusculo; foliis rosaceo-congestis ovato-lanceolatis acuminatis, tenuissime serrulatis; capsulae pendulae longe ovatae operculo convexo. Bridel. l c. T. 2. P. 3. p. 104.

Habitat in sylvis umbrosis subhumidis passim. — prope Neubr. im Mühlenholz, exeunte Hyeme c. caps. operculat.

†† Caulibus aliis erectis florigeris, aliis reptantibus sterilibus.

960. Mnium longirostrum.

M. trunco sterili reptante subsimplici, fertili erecto simplicissimo; foliis ovatis obtusis mucronatis serrulatis; capsulae pendulae ovatae operculo longirostro. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 106.

Habitat in sylvis umbrosis ad vias cavas et rivulorum latera praerupta frequens. — prope Neu-

brandenb. im Nemerow. Holz am hohen Ufer unten auf den Steinen et ad pagum Loitz im Holz cum M. stellari. Majo c. capsulis operculatis.

961. Mnium cuspidatum.

M. trunco sterili erecto vel reptante, fertili erecto simplici; foliis ovato-lanceolatis acumine brevi, serratis; capsulae pendulae oblongae operculo convexo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 108.

Habitat in sylvis umbrosis arenosis copiose. — prope Neubr. im Mühlenholz vor dem Stargard. Thor. Majo c. caps. opercul. et deoperculat.

962. Mnium punctatum.

M. trunco sterili reptante, fertili erecto simplici; foliis subrotundis integerrimis punctatis; capsulae pendulae ovatae operculo longiusculo conico acuto. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 110.

Habitat in sylvis umbrosis ad vias cavas arenosas humidas. frequens. Majo c. caps. operculat.

Varietatem asservo: trunco fertili biunciali ramoso; foliis obovatis oblongis remotis obliquis subrepandis erecto-patentibus atroviridibus, nec subrotundis recurvato-patentibus subpurpurascentibus; pedunculo fere duplo longiore et capsula duplo longiore robustioreque. prope Neubr. am Rande des Bruchs hinter der hintersten Mühle; et in der Stolpe'r Heide. Majo c. caps. operculat.

963. Mnium ligulatum.

M. trunco sterili reptante, fertili adsendente subramoso dendroideo; foliis oblongis undulatis serrulatis; capsulae pendulae longe ovatae operculo convexo acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 112.

Habitat ad terram humidam umbrosam frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz et in der Mildenitz. Heide copiose Majo, Junio c. caps. opercul. legi.

b. Dentibus apice cohaerentibus.

FUNARIA (Strickmoos. Drehmoos.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus disciformis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim apice cohaerentibus; internum ciliis sedecim membranaceis planis.

964. Funaria hygrometrica.

F. trunco brevissimo subsimplici; foliis adgregatis ovato-lanceolatis; pedunculis arcuatis; calyptra subtetragona reflexa; capsulae cernuae pyriformis operculo planiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 118.

Habitat in sylvis ericetosis subhumidis frequens. — prope Neubr. im Broda. Holz et alibi. Majo, Junio c. capsul. operculat.

Sect. II. Peristomate dentato-membranaceo.

WEBERA. (Webere.)

Bridel l. c.

Flos hermaphoditus terminalis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim latiusculis acutis, internum membranaceo-carinatum sedecies lacinulatum ciliis interjectis.

** Capsula nutante vel pendula.

965. Webera pyriformis.

W. trunco erecto simplicissimo; foliis superioribus e basi latiuscula linearibus: perichaetialibus longissime subulatis; capsulae pendulae pyriformis operculo mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 124.

Habitat in humidis graminosis ad arborum radices lignaque demortua passim. Majo, Junio c. caps. operculat. — prope Neubrandenb. auf der Kuhweide et alibi.

966. Webera nutans.

W. trunco erecto simplicissimo; foliis lanceolatis concavis; capsulae nutantis cylindricae operculo convexo breviter acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 125.

Habitat in turfosis siccioribus ad radic. Alnor. nec non in sylvis ad vias cavas arenos. frequens. — prope pagum Ballin auf dem Torfmoor hinter dem Hofgarten et prope Neubr. im Mühlenholz. Majo c. capsul. operculat.

Barthramia. (Barthramie.)

Bridel l. c.

Flos hermaphroditus. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim cuneiformibus; internum membranaceum, plicato-carinatum lacinulatum.

* Pedunculis terminalibus.

967. Barthramia pomiformis.

B. trunco erecto ramoso: ramis brevioribus incrassatis; foliis densissime confertis lineari-subulatis, argute serratis, siccitate crispescentibus; capsulae erectae subsphaericae operculo planiusculo, centro prominulo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 128.

Webera pomiformis Timm l. c. p. 235.

Habitat in sylvaticis et collibus praeruptis frequens. — prope Neubr. im Broda. und Nemerow. Holz. Majo. c. caps. operculat.

968. Barthramia crispa.

B. trunco erecto ramoso: ramis elongatis; foliis confertis lineari subulatis argute serratis, siccitate summopere contortis; capsulae erectae subsphaericae operculo planiusculo centro prominulo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 131.

Habitat ad pedem montis praerupti summe umbrosi, septentrionem versus ad lacum positi. rarius. — ad pagum Stolpe an dem Ufer am See hinter dem Hof. Majo c. caps. partim operculat. partim effoetis.

Obs. A. praecedente differt: truncis duplo et triplo

plo majoribus, ramis elongatis attenuatis; foliis summopere crispescentibus, fasciculatim quasi in funem contorsis amoene viridibus, nec flavescentibus ad unum latus tantum depressis; pedunculis brevioribus et capsulis, ut mihi saltem videtur, minoribus.

969. Barthramia ithyphylla.

B. trunco erecto ramoso: foliis densissime confertis e basi concava latiore longe capillaceis subintegerrimis, siccitate rectissimis; capsulae erectae subsphaericae operculo planiusculo, centro prominulo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 132.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram proclivam frequens. — prope Stargard im Sabelschen Holz gleich vorn et in der Mildenitzer und Ballinschen Heide. Majo, Junio c. caps. operculat.

Obs. Elegantissima optimeque distincta haec species, quae in sylvis nostris frequenter occurrit, certe hucusque tantum praetervisa et cum B. pomiformi commista est a quo tamen evidentissime differt. Haud raro promiscue vitam daegent, tamen sylvatica umbrosa magis amat, cum contra B. pomiformis saepe in collibus nudis septentrionem versus vigeat. — Capsulae respectu praecedentium maximae non quidem subsphaericae, sed ovatae potius et operculum non planiusculum, sed obtuse conicum sese mihi praebuerunt.

Pohlia. (Pohlie.)

Bridel l. c.

Flos terminalis dioicus. Masculus capituliformis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim; internum membrana sedecies denticulata.

970. Pohlia inclinata.

P. trunco erecto simplici; foliis ovato-lanceolatis acuminatis; capsulae pendulae ventricoso-pyriformis operculo convexo apiculato; peristomatis interni ciliis brevissimis geminatis. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 144.

Habitat in sylvis ad terram humidiuscul. in truncor. vicinitate rarius. — prope Neubrandenburg bei der Zirzow. Mühle; am Hohlweg et in den Rowa. Tannen. Julio c. capsul. operculat.

971. Pohlia intermedia.

P. trunco erecto ramosiusculo; foliis ovato-lanceolatis acuminatis; capsulae nutantis longissime pyriformis operculo mammillari; peristomatis interni dentibus longis distinctissimis. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 144.

Habitat in muror. calcarior. interstitiis rarissime. — prope Neubrandenburg vor dem Stargard. Thor an der letzten Brücke cum Koelreutera et Mnio capillari. Junio c. capsul. deoperculatis effoetis et aliis immaturis.

Obs. E pulcherrimis ac rarissimis est haec species, quae, quantum scio, non nisi in Lusatia a Clar. Ludwigio, detectore lecta est. A praece-

dente satis differt: capsula robustiore, collo longissimo instructa et peristomii exterioris dentibus latiusculis brevissimis.

Buxbaumia. (Buxbaumie.)

Bridel l. c.

Flos dioicus. Masculus discoideus terminalis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim truncatis; internum membranaceum plicatum.

972. Buxbaumia aphylla.

B. trunco omnium brevissimo bulbiformi villoso; foliis nullis; pedunculo longiusculo; capsulae maximae obliquae plano-convexae operculo conico acutiusculo subobliquo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 147.

Habitat in nemoribus ad vias cavas et in truncis putridis terra tectis. — ad pagum Loitz am Wege nach Bredenfelde et alibi passim. Autumno c. caps. operculat.

973. Buxbaumia foliosa.

B. trunco fere nullo; foliis radicalibus exterioribus linguaeformibus obtusis recurvatis, interioribus erectis aristatis: perichaetialibus longissime setaceis; capsulae erectae ovatae operculo conico subobliquo acutiusculo. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 250.

Habitat in sylvis montosis umbrosis ad declivia rarius. — prope Neubrandenburg im Broda-

schen Holz gegen die raumen Eichen. Aprile c. capsul. operculat.

Sect. III. Peristomate dentato-reticulato.

FONTINALIS. (Hüllmoos.)

Bridel l. c.

Flos monoicus vel dioicus. Masculus gemmiformis alaris. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim latiusculis; internum reticulatum.

974. Fontinalis antipyretica.

F. surculo fluctante vage ramoso; foliis triquetro-carinatis acutissimis; capsulae subsessilis axillaris subcylindricae operculo e basi planiuscula acuminato. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 157.

Habitat in piscinis et lacubus frequens — prope Neubr. im Tollensee et ad pagum Mildenitz im See. Augusto c. caps. opercul.

975. Fontinalis squamosa.

F. surculo vage ramoso; foliis lanceolato-subulatis: perichaetialibus ovatis; capsulae subsessilis axillaris cylindricae operculo obtuse conico. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 160.

Habitat in rivulis sylvaticis ad saxa rarius. — prope Neubrandenburg bei der Zirzowschen Mühle in dem Bach unter der Freyarche. Majo absque fruct.

MEESIA. (Meesie.)

Bridel l. c.

Flos hermaphroditus et dioicus. Masculus disciformis. Peristoma duplex: externum dentibus sedecim curtis; internum ciliis totidem vel distinctis liberis, vel opere reticulato connexis.

976. Meesia uliginosa.

M. trunco erecto subramoso; foliis lineari-ligulatis obtusis, siccitate subpatentibus; pedunculis longissimis; capsulae cernuae pyriformis operculo brevi mammillari. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 166.

Habitat in pratis turfoso-paludosis sylvaticis passim. — ad pagum Jatzke in dem Bruch in der Pferdekoppel. Julio c. caps. operculat et deoperculat.

Obs. Operculum apice foveola impressum est. Pedunculi longitudine summopere variant, nunc unciales, bi-triunciales sunt.

977. Meesia dealbata.

M. trunco erecto simplici; foliis lanceolatis acutis teneris apice serrulatis; capsulae cernuae pyriformis operculo obtuse conico. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 169.

Habitat in paludosis turfosis sylvaticis, passim promiscue c. praecedente. — prope Neubrandenburg vor dem Stargard. Thor links an dem Sandberg in dem Sumpf, et ad pagum Jatzke in dem Bruch in der Pferdekoppel. Julio c. capsulis, plurimis deoperculat.

Obs. Nitidissimus hic muscus extra Scotiam et Sueciam hucusque vix lectus est.

978. Meesia longiseta.

M. trunco erecto ramoso; foliis trifariam dispositis ovato-lanceolatis concavis; capsulae cernuae pyriformis operculo conico; pedunculis praelongis. Bridel l. c. T. 2. P. 3. p. 170.

Habitat in paludosis sphagnetis turfosis passim. — prope Neubrandenb. in dem Sumpf bei den raumen Eichen et ad pagum Jatzke cum praecedentibus. Julio c. capsul. opercul. et deoperculat.

HEPATICAE.

JUNGERMANNIA. (Jungermannie.)

L. G. P. ed. Schreb. No. 1662.

Capsula subrotunda, setae nudae insidens, unilocularis, apice dehiscens: valvulis quatuor patentibus. Masculi floris perianthium nullum.

A. Caulescentes.

† Nudae, i. e. stipulis auriculisque destitutis.

* Foliis undique imbricatis.

979. Jungermannia trichophylla.

J. caulibus capillaribus teretiusculis subramosis, foliis alternatim fasciculatis capillaceis. Roth l. c. p. 365.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram rarius. — prope Neubrandenburg im Brodaschen Holz. absque capsul.

** Foliis distichis vel secundis.

980. Jungermannia asplenioides.

J. caulibus adscendentibus apice fructiferis; foliis distichis ovatis integris, margine dentato-ciliatis. Roth l. c. p. 368.

Habitat in nemoribus ad terram subhumidam frequens. — prope Neubr. im Mühlenholz. Vere; rarius fructificat.

Variat. β. foliis alternis minoribus. Roth ibid.

β. minor Timm l. c. p. 237. — Im Brodaschen Holz.

981. Jungermannia lanceolata.

J. caulibus repentibus simpliciusculis, foliis ovato-lanceolatis obtusis integerrimis planis distichis, calycibus terminalibus obconicis. Roth l. c. p. 373.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram. — prope Neubrandenb. im Brodaschen Holz. Aprile absque capsul.

Obs. Folia suprema apice globulo purpureo obsessa sunt.

982. Jungermannia scalaris.

J. caulibus simplicibus apice floriferis; foliis subrotundis concavis integerrimis secundis; calycibus obovatis apice plicatis. Roth l. c. p. 374.

Habitat in agris incultis nemorosis et ad vias ca-

vas sylvaticas frequens. — prope Neubrandenburg auf dem Acker am Brodaschen Holz und bei der Zirzowschen Mühle. Aprile c. caps.

983. Jungermannia Sphagni.

J. caulibus reptantibus, latere fructiferis; foliis subrotundis concavis alternis imbricatis secundis integerrimis. Roth l. c. p. 375.

Habitat in paludosis inter Sphagnum et Dicr. glaucum frequens. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin in dem Gehölz; ad pagum Ballin auf dem Torfmoor. Julio cum capsul.

984. Jungermannia globulifera.

J. caulibus repentibus subcompressis; foliis ovatis distichis, apice obtuse emarginatis bidentatis: dentibus apice globuliferis. Roth l. c. p. 379.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram passim. — Im Brodaschen Holz. c. capsulis non vidi.

985. Jungermannia pusilla.

J. caulibus brevissimis subramosis repentibus; foliis distichis imbricatis obovatis obliquis, apice crenulatis. Roth l. c. p. 383.

Habitat in sylvaticis ad vias cavas frequens. — In dem Gehölz bei der Zirzowschen Mühle. Aprile c. capsulis.

986. Jungermannia bicuspidata.

J. caulibus procumbentibus diffusis; foliis disctichis subquadratis, apice acute emarginatis bicuspidatis; calycibus lateralibus. Roth l. c. p. 384.

Habitat in sylvaticis humidis ad ligna putrida passim. — ad pagum Ballin in der Tannenheide in dem Bruch, florentem non legi.

987. Jungermannia byssacea.

J. frondibus adscendentibus capillaribus tenuissimis; foliis alternis remotiusculis acute inciso-bidentatis; calycibus terminalibus basi imbricatis. Roth l. c. p. 387.

Habitat in apricis sterilissimis, et in sylvis umbrosis ad truncos putridos terra tectos passim. — ad pagum Genzkow bei den Tannen am Wege nach Jatzke; et in der Mildenitzer Heide. Octobr. c. capsul.

Obs. Omnium sane! tenuissima, bysso filamentoso nigricanti simillima, absque lente omnino non dignoscenda.

††† Stipulatae, seu surculis subtus foliolis auctis.

* Stipularum simplici ordine.

988. Jungermannia bidentata.

J. caulibus procumbentibus; foliis ovatis, basi cum nervo confluentibus, apice obtuse emarginatis bidentatis; stipulis quadridentatis bipartitis. Roth l. c. p. 392.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram frequens. — prope Neubr. im Brodaschen und Mühlenholz.

Variat. β. minor. Roth ibid. — cum praecedente. rarius.

989. Jungermannia pallescens.

J. foliis ovato-subrotundis integerrimis; stipulis ovatis acutis bifidis, calycibus sub foliis lateralibus. Roth l. c. p. 394.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram infrequens. — prope Neubrandenb. im Brodaschen Holz. Septembr. absque capsul.

990. Jungermannia reptans.

J. caulibus repentibus medio fructiferis; foliis stipulisque laxis quadratis apice subquadrifidis; calycibus triquetris trisulcis, basi imbricatis. Roth l. c. p. 398.

Habitat in sylvis ad terram et supra truncos putridos frequens. Martio; rarissime fructifera.

991. Jungermannia ciliaris.

J. caulibus repentibus glabris; foliis stipulisque ovatis bifidis dentato-ciliatis imbricatis, calycibus glabris ovato-oblongis. Roth l. c. p. 400.

Habitat in pinetis ad terram et truncos arborum. passim. — prope Neubr. in den Rowa'er Tannen. Julio cum caps.

992. Jungermannia complanata.

J. caulibus repentibus complanatis; foliis stipulisque rotundatis planis integerrimis, densissime imbricatis; calycibus oblongis compressis. Roth l. c. p. 403.

Habitat in sylvis umbrosis ad arborum caudices ubique. Vere et Aestate c. capsul.

** Stipularum triplici ordine.

993. Jungermannia platyphylla.

J. caulibus procumbentibus; foliis ovatis imbricatis; stipulis integerrimis margine revolutis; intermediis duplo majoribus. Roth l. c. p. 405.

Habitat in sylvis humidis umbrosis ad arborum truncos radicem versus, passim. — prope Neubr. im Mühlenholz bei der Mittelmühle. Majo absque capsul.

994. Jungermannia dilatata.

J. caulibus repentibus; foliis rotundatis imbricatis arcte adpressis (nitidis); stipulis lateralibus ovatis, intermediis bifidis, margine revolutis approximatis. Roth l. c. p. 406.

Habitat in nemoribus supra truncos demortuos et saxa frequens — prope Neubr. im Brodaschen Holz. Aprile c. capsul.

995. Jungermannia tamariscifolia.

J. caulibus repentibus; foliis rotundatis imbricatis laxius sibi incumbentibus; stipulis lateralibus rotundatis, intermediis ovatis bifidis planis remotis. Roth l. c. p. 408.

Habitat in sylvis hortisque ad arborum truncos frequens ubique. Aestate c. capsul.

B. Acaules.

996. Jungermannia epiphylla.

J. fronde foliacea obversa ovata, obtuse lobata medio fructifera. Roth l. c. p. 410.

Habitat in humidis umbrosis ad terram passim. —

prope Neubrandenburg im Mühlenholz an dem Elsbruch bei der hintersten Mühle. Aprile c. capsul.

997. Jungermannia multifida.

J. frondibus subcarnosis oblongis multifidis, basi fructiferis. Roth l. c. p. 412.

Habitat in nemoribus ad rivulorum latera praerupta, rarius. — ad pagum Mildenitz in der Heide an der Woldegkschen Grenze. Septembre absque capsul.

998. Jungermannia furcata.

J. frondibus foliaceis linearibus dichotomis costatis integerrimis, apice emarginatis, subtus fructiferis. Roth l. c. p. 413.

Habitat ad truncos Fagorum antiqu. in densissimis nemoribus. — prope Neubr. im Mühlenholz und in der Mildenitzer Heide. c. capsulis nunquam mihi occurrit.

999. Jungermannia pubescens.

J. frondibus foliaceis linearibus elongatis ramoso-furcatis costatis obtusis undique pubescentibus. Roth l. c. p. 414.

Habitat ad truncos Pini sylvestr. putridos rarius. — prope Neubr. in den Rowa'er Tannen. absque capsul.

1000. Jungermannia palmata.

J. frondibus subcarnosis linearibus palmato-digitatis, ecostatis integerrimis, basi fructiferis. Roth l. c. p. 415.

Habitat in nemorosis humidis ad truncos putridos fere solutos, haud infrequens. — ad pagum Ballin in der Tannenheide im Bruch; auch in den Rowa'er Tannen. nunquam fructifera in nostra regione.

MARCHANTIA. (Marchantie.)

L. G. P. ed Schreb. No. 1661.

Capsulae obovatae, receptaculo communi pedunculo affixae, uniloculares, apice dehiscentes: dentibus suboctonis.

1001. Marchantia polymorpha.

M. frondibus obtuse lobatis; receptaculo masculo peltato, femineo radiato. Roth l. c. p. 417.

Habitat in humidis umbrosis et pratis sylvaticis frequens. Majo, Junio c. receptacul.

1002. Marchantia hemisphaerica.

M. frondibus crenatis; receptaculo masculo peltato, femineo hemisphaerico. Roth l. c. p. 420.

Habitat in sylvaticis turfosis paludosis rarius. — ad pagum Jatzke in dem Bruch in der Pferdekoppel. Julio c. receptacul.

1003. Marchantia conica.

M. frondibus dichotomis sinuatis verrucosis, receptaculo masculo sessili, femineo conico. Roth l. c. p. 421.

Habitat in pratis paludosis nemorosis rarius. — prope Neubr. auf der Kuhweide, et im Brüderbruch. Junio c. receptacul.

ANTHOCEROS. (Nadelschorf.)

L. G. P. ed Schreb. No. 1664.

Capsula linearis subulata, ad basin calyce monophyllo truncato vaginata, semibivalvis. Columella libera, a basi ad apicem extensa.

1004. Anthoceros punctatus.

A. fronde crispa sinuato-laciniata. Roth l. c. p. 424.

Habitat in agris humidis nemorosis frequens. — prope Neubrandenburg auf dem Acker am Brodaschen Holz und bei der Zirzowschen Mühle. Septembre c. fructificat.

1005. Anthoceros laevis.

A. fronde plana crenata. Roth l. c. p. 425.

Habitat cum priori et am Nemerowschen Holz. Septembre c. fructificatione.

RICCIA. (Riccie.)

L. G. P. ed Schreb. Nr. 1666.

Capsula nuda, frondi immersa globosa unilocularis, tubo deciduo terminata.

1006. Riccia cristallina.

R. frondibus lobatis obtusis emarginatis, cavernoso-punctatis. Roth l. c. p. 430.

Habitat ad latera fossarum, in solo pinguiori passim. — prope pagum Eichhorst bei der Pfarrwiese et alibi. Autumno.

1007. Riccia glauca.

R. frondibus multipartitis dichotomis, apice bifidis sulcatis obtusis. Roth l. c. p. 432.

Habitat in agris nemorosis incultis frequens. — prope Neubrandenburg auf dem Acker am Brodaschen Holz. Autumno.

1008. Riccia ciliaris.

R. frondibus bipartitis dichotomis, apice bifidis, concavis lanceolatis obtusiusculis, radiculis submarginalibus ciliatis. Roth l. c. p. 432.

Habitat cum praecedente eodem loco et tempore.

Obs. Frondium margines re vera ciliis non sunt obsessi, ut bene monet quoque Cel. Roth; sed radiculae albae fibrosae, quibus abundat superficies inferior, frondibus medio involutis e terra evulsae et oblique protensae ciliorum munere funguntur.

1009. Riccia fluitans.

R. frondibus repetito-dichotomis linearibus convexo-planis laevibus, tessellato-reticulatis, apice obtusis bifidis. Roth l. c. p. 434.

Habitat in aquis stagnantibus passim. — ad pagum Wulkensin an dem Söll gegen das Brodasche Holz. Junio.

ALGAE.

Conferva. (Wasserfäden.)

Tubuli, vel Filamenta herbacea internis parietibus fructificationum granulis adspersa. Roth Bemerkungen über das Studium der Kryptogamischen Wassergewächse. Hannov. 1797.

B. Filamentosae.

** Filamentis aequalibus ramosis.

1010. Conferva bullosa.

C. filamentis aequalibus dichotomis ramosissimis, densissime contextis, demum bullas aëreas includentibus. Roth l. c. p. 489.

Habitat in fossis, aquis stagnantibus ubique Julio. Augusto.

1011. Conferva canalicularis.

C. filamentis aequalibus, basin versus ramosioribus. L. Roth l. c. p. 489.

Habitat in aquaeductis infrequens. — prope Neubr. in den Mühlenarchen. Aestate.

1012. Conferva amphibia.

C. filamentis aequalibus ramosis densissime compactis lateque expansis, siccitate apice coëuntibus in aculeos. Roth l. c. p. 490.

Habitat in fossis limosis exsiccatis frequens. — ad pagum Jatzke am Wege nach Eichhorst. Autumno.

1013. Conferva velutina.

C. filamentis aequalibus ramosis tenuissimis brevissimis, densissime compactis lateque expansis. Roth l. c. p. 492.

Habitat ad fossas exsiccatas frequens. — ad pagum Eichhorst. Autumno.

** Filis simplicibus geniculatis.

1014.* Conferva rivularis.

C. filis simplicibus longissimis capillaribus rectis, sic-

citate

citate evidentius geniculatis: geniculis tenuissimis articulis alternatim compressis. Roth l. c. p. 496.

Habitat in rivulis frequens. — ad pagum Lichtenberg im Mühlenbach. Aestate.

Tremella. ( )

Substantia gelatinosa uniformis integumento membranaceo induta, fructificationum granulis in illam immersis.

† Superficie plana.

1015. Tremella viridis.

T. oblongo-convexa, sparsa, superficie plana, laete viridis. Roth l. c. p. 550.

Habitat in lacubus ad stipites plantar. aquaticar. frequens. — prope Neubrandenburg am Tollensee in stipitibus Charae vulgaris. Aestate.

1016. Tremella granulata.

T. sphaerica aggregata sparsa, superficie plana, subsessilis, fibris radicata, flavescenti-viridis. Roth l. c. p. 552.

Ulva granulata Timm l. c. p. 254.

Habitat in inundatis exsiccatis, solo pinguiori, frequens. Augusto.

1017. Tremella sepincola.

T. subrotunda sparsa, superficie plana, crocea, diaphana.

β. Roth l. c. p. 553. T. Urticae Persoon l. c. p. 628.

Habitat in caulibus Urticae dioicae passim; locis uliginosis. Autumno.

†† Superficie undulata, plicata, gyrosa.

1018. Tremella arborea.

T. subrotunda, plicato-gyrosa, superficie aspera, nigrescens. Roth l. c. p. 556.

Habitat in sylvis nemorosis ad ramos dejectos frequens. Autumno.

1019. Tremella mesenteriformis.

T. subrotunda, plicato-gyrosa, superficie laevi aurea. Roth. l. c. p. 557.

Habitat in nemoribus ad ramos dejectos passim. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz. Autumno.

1020. Tremella Auricula Judae.

T. cespitosa tenuis flexuosa concava nigrescens, subtus plicata subtomentosa olivaceo-cinerea. Persoon Synops. methodic. Fungor. p. 624.

Merulius Auricula Roth. l. c. T. I. p. 535.

Habitat in umbrosis, ad truncos Sambuc. nigr. rarius.

1021. Tremella juniperina.

T. sessilis membranacea auriformis fulva. Roth. l. c. T. III. P. I. p. 558.

Habitat in sylvaticis ad ramos Juniperi communis rarius. Vere.

Nota. Quod nunc sequitur in Cel. Rothii Flor. German. Byssorum genus ab Algis dissociavit et Fungis adnumeravit Clar. Persoon, qui pro diversa earundem natura plura diversaque genera ex iis condidit, quem ideo in disponendis Byssis nostris secutus sum.

LICHENES.

Class. I. Stereothalami.

Apothecium nullum

Propagula nuda, sparsa vel aggregata.

Gen. 2. Lepraria.

Acharii Method. Lichen.

Propagula subglobosa in subiculo crustaceo sparsa libera superficialia eumque saepe obtegentia.

(Thallus crustaceus effusus.)

1022. Lepraria incana.

L. crusta tenui submembranacea cinereo-glauca; propagulis incanis. Acharii Method. Lichen. p. 4.

Byssus incana L. Timm. l. c. p. 259.

Habitat in sylvis ad truncos arbor. putrid. frequens.

1023. Lepraria lutescens.

L. crusta leprosa subrimosa verrucosa lutescente; propagulis globosis concoloribus. Achar. l. c. p. 5.

Habitat in cortice Querc. annos. et Betul. frequens.

1024. Lepraria rubens.

L. crusta propagulisque glomerato-concatenatis rubris. Achar. l. c. p. 6.

Byssus rubens? L. Timm l. c. p. 259.

β. L. putredinis: crusta tenuissima propagulisque purpurascentibus. Achar. l. c.

Habitat in sylvis ad radices et ligna putrida.

γ. L. variegata: crusta propagulisque albo- et carneo-variegatis. Achar. l. c.

Habitat in sylvis densis ad caudic. Betul. annos. frequens.

1025. Lepraria botryoides.

L. crusta propagulisque conglomerato-concatenatis viridissimis. Achar. l. c. p. 6.

Byssus botryoides. L. Timm l. c. p. 259.

Habitat in sylvis umbros. ad arbor. trunc. et ad terram. passim.

Variat: colore saturatiore et vividiore.

1026. Lepraria? antiquitatis.

L. crusta tenuissima propagulisque atris. Achar. l. c. p. 7.

Habitat in tegulis vetustis frequens.

Gen. Variolaria.

Achar. l. c.

Propagula globosa in Sorediis propriis aggregata.

(Thallus crustaceus plerumque determinatus.)

1027. Variolaria faginea.

V. crusta leprosa tenuis subeffusa glabra rugosa rimosa albo-cinerascente; sorediis hemisphaericis sparsis albissimis. Achar. l. c. p. 12.

Lichen fagineus L. Timm l. c. p. 244.

Habitat in sylvis ad cort. Fagi copiose.

1028. Variolaria orbiculata.

V. crusta leprosa tenui granulosa orbiculari zonato-limitata albo-cinerascente; sorediis centralibus minutis planiusculis marginatis concoloribus. Achar. l. c. p. 13.

Habitat in cort. Salic. et Pruni Cerasi in hortis frequens.

1029. Variolaria discoidea.

V. crusta leprosa effusa pulverulenta alba; sorediis post lapsum propagulorum concavis difformibus marginatis concoloribus Achar. l. c. p. 14.

Habitat in cort. Querc. et Fagi annosar. rarius.

Obs. Vix nisi varietas vetusta V. fagineae est.

1030. Variolaria leucostigma.

V. crusta effusa fusco-nigricante; sorediis sparsis concavis minutis albis. Achar. l. c. p. 15.

Habitat in cort. Fagi passim.

Class. II. Idiothalami.

Apothecium e propria substantia compositum, nec a Thallo ullo modo formatum, colore ab eo diversum, (plerumque atrum,) compactum duriusculum.

Sporae nudae nec Thecis obvolutae, (excepto Endocarpo.)

* Apothecia aperta.

Gen. 5. Opegrapha.

Achar. l. c.

Lirellae simplices vel confluentes et ramosae.

(Thallus crustaceus effusus.)

A. Holotea. Lirellae simplices.

1031. Opegrapha notha.

O. crusta tenui leprosa albida subpulverulenta; li-

rellis simplicibus latiusculis rotundato-difformibus. Achar. l. c. p. 17.

Habitat in cort. Betul. et Coryl. Avellan. passim.

δ. O. spurcata: crusta cinereo-fusca tenui subpulverulenta; lirellis subrotundis rugosiusculis. Achar. l. c. p. 18.

Habitat in cort. Alnor. frequens.

1032. Opegrapha diaphora.

O. crusta tenui glabra sordide alba cinerascente; lirellis simplicibus inaequalibus: minoribus oblongis ellipticis; majoribus elongatis flexuosis. Achar. l. c. p. 19.

Habitat in cort. Querc. jun. Fagi et Popul. tremul.

β. O. signata: crusta alba glaucescente; lirellis planis elongatis flexuosis. Achar. ibid.

Habitat in cort. Querc. annosae exarido.

1033. Opegrapha parallela.

O. crusta effusa albissima laevigata; lirellis simplicibus emergentibus lineari-ellipticis planis strictis acuminatis parallelis fusco-atris nudis. Achar. l. c. p. 20.

Habitat ad trunc. putrid. Betul. alb. rarius.

1034. Opegrapha vulgata.

O. crusta tenui effusa albo-virescente squamulosa subpulverulenta; lirellis simplicibus minutis oblongis linearibus subflexuosis confertis, margine convexo subinflexo, disco angustissimo. Achar. l. c. ibid.

Habitat in squamis cort. Pini sylvestr. infrequens.

1035. Opegrapha rubella.

O. crusta determinato-limitata subrugosa e rubro fusca; lirellis simplicibus subrotundis oblongis passim flexuosis. Achar. l. c. p. 21.

Habitat in cortice laevi Fagi sylvat. frequens.

1036. Opegrapha epiphega.

O. crusta subnulla; lirellis simplicibus oblongis planiusculis adpressis confertissimis, in maculas latas difformes atras aggregatis. Achar. l. c. p. 24.

Habitat in sylvis ad cort. Fagi et Carpini frequens.

1037. Opegrapha macularis.

O. crusta subnulla; lirellis simplicibus subrotundis convexis in maculam subrotandam nigram congestis. Achar. l. c. p. 24.

Habitat in ramis junioribus Quercus frequens.

B. Symplecia. Lirellae connatae et ramosae.

1038. Opegrapha epipasta.

O. crusta subdeterminata irregulari tenuissima laevigata albo-glaucescente; lirellis minutissimis oblongis linearibus turgidis flexuosis simplicibus ramosisque. Achar. l. c. p. 26.

Habitat in cort. Acer. campestr. passim. — in der Mildenitz. Heide.

1039. Opegrapha coccinea.

O. crusta effusa alba tenuissima; lirellis elevatis turgidis rotundato-oblongis simplicibus connatisque granuloso-coccineis disco albido-pulverulentis.

Habitat in cortice Querc. junior. rarius. — prope Neubrandenburg im Mühlenholz.

Obs. Singularem hanc plantam lichenibus adnumerare non haesitavi, cum vere crusta lichenosa albida adsit; lirellae nunc rotundae, nunc oblongae, rectae aut flexuosae, plerumque simplices nonnunquam autem connato-ramosae sunt; margo earum corpusculis minutissimis globosis s. sphaeriformibus coccineis obsitus discus vero pulvere tenuissimo albido (an ipsa crusta?) tectus est.

1040. Opegrapha pulverulenta.

O. crusta effusa alba membranacea; lirellis immersis turgidis linearibus pulverulentis flexuosis connato-subramosis. Achar. l. c. p. 28.

Habitat in cort. Alnor. passim.

1041. Opegrapha serpentina.

O. crusta leprosa fumente determinata alba; lirellis immersis confertis linearibus flexuosis simplicibus ramosisque pruinoso-subcaesiis. Achar. l. c. p. 29.

Habitat in cort. Querc. et Coryl. Avellan. annos. frequens.

β. O. Litterella: crusta tenuiori albida; lirellis radiato-ramosis: ramis confertis longioribus divergentibus subparallelis et decussantibus nigro-caesiis. Achar. ibid.

Habitat in cort. Popul. tremul. et Fagi infrequens.

1042. Opegrapha scripta.

O. crusta tenuissima membranacea nitida albo-virescente; nigro-limitata; lirellis nudis glabris linearibus flexuosis simplicibus ramosisque. Achar. l. c. p. 30.

Lichen scriptus L. Timm l. c. p. 233.
Habitat in cort. Querc. junior. et Fagi.

β. O. macrocarpa: crusta effusa sordide alba; lirellis longissimis rectis subparallelis simplicibus apiceque furcatis. Achar. ibid.

Habitat in caudic. Coryl. Avellan. annos. passim.

Gen. 6. Lecidea.
Achar. l. c.

Patellulae concavae planae, vel convexiusculae. (Thallus varius.)

A. Catillaria. Thallus crustaceus uniformis.

† Patellulis atris (nudis, vel pulvere concolori adspersis.)

1043. Lecidea parasema.

L. crusta tenui submembranacea contigua cinerascente, nigro-limitata; patellulis planiusculis sessilibus atris. Achar. l. c. p. 35.

Habitat in corticibus arbor. copiose.

β. L. elaeochroma: crusta limitata rugoso-granulata rimosa viridi; patellulis demum convexiusculis atris. Achar. l. c. p. 36.

Habitat in cort. Alnor. frequens: et in Betul. alb. provenit.

δ. L. atro-sanguinea: crusta subnulla; patellulis minutis planis atro-sanguineis margine nigro. Achar. ibid.

Habitat ad saxa granitos. passim.

1044. Lecidea miscella.

L. crusta tartarea glebuloso-verrucosa granulata ci-

nereo-caesia subcervina; patellulis demum convexis passim congestis irregularibus atris. Achar. l. c. p. 39.

Habitat in pinetis ericetosis supra muscos et ramulos passim. — prope pag. Sponholz am Wege nach Warlin in den jungen Fichten. Septembre.

1045. Lecidea uliginosa.

L. crusta effusa granulosa ferrugineo-fusca, patellulis planiusculis marginatis, demum convexis nigricantibus. Achar. l. c. p. 43.

Habitat in turfosis subhumidis ad terram rarius. — ad pagum Ballin auf dem Torfmoor bei der Tannenheide.

1046. Lecidea fusco-atra.

L. crusta effusa tenuissime rimosa atra opaca, areolis aliis nitidis planis nigro-fuscis; patellulis plano-convexiusculis immixtis atris. Achar. l. c. p. 44.

Lichen fusco-ater. L. Timm. l. c. p. 244.

Habitat ad saxa granitos. infrequens. — bei der Krappmühle an dem groſsen Granitblock.

1047. Lecidea atro-alba.

L. crusta effusa tenuissime rimosa alba, areolis aliis verrucosis convexis sparsis albicantibus patellulis plano-convexiusculis immixtis atris. Achar. l. c. p. 45.

Lichen atro-albus L. Timm. l. c. p. 244.

Habitat ad saxa rarius in campis.

1048. Lecidea atro-virens.

γ. L. geographica: crusta areolata flavescen-

te; margine areolis quibusdam patellulisque immixtis atris. Achar. l. c. p. 46.

Habitat in saxis frequens.

1049. Lecidea citrinella.

L. crusta leprosa granuloso-pulverulenta virescente-flava; patellulis minutis subglobosis atris. Achar. l. c. p. 47.

Habitat ad vias cavas sylvaticas rarissime. — Semel tantum occurrit mihi haec rara species prope Neubrandenburg bei der Zirzowschen Mühle im Hohlweg.

†† Patellulis nigris et caerulescentibus albido-pruinosis.

1050. Lecidea corticola.

L. crusta effusa rimosa albissima; patellulis planis adpressis minutis confertis, demum subglobosis nigris caesio-pruinosis. Achar. l. c. p. 53.

Habitat in cortic. Alnor. annos. et in sepimentis vetustis e ligno Querc. constructis infrequens.

β. L. amylacea: crusta subpulveracea patellulisque pulvere albicante suffusis. Achar. l. c. p. 54.

Habitat in cortice Querc. annos. passim.

†† Patellulis varie coloratis.

1051. Lecidea rosella.

L. crusta tenui cinerascente; patellulis plano-convexiusculis roseis, margine obtuso dilutiori. Achar. l. c. p. 57.

Habitat in caudicibus Fagi, Carpini et Salic. frequens.

β. L. anceps: crusta leprosa granulato-farinosa viridi; patellulis carneis, disco tandem obscure rufo, margine tumido dilutiori demum depresso. Achar. ibid.

Habitat in cort. Fagi et Acer. campestr. passim.

1052. Lecidea icmadophila.

L. crusta effusa granulosa inaequabili cinero-albo-virescente; patellulis planis carneis, demum dilatatis convexiusculis, margine tenui flexuoso. Achar. l. c. p. 58.

Habitat in sylvis ad truncos putridos rarius. — prope Neubr. im Brodaschen Holz.

1053. Lecidea luteola.

L. crusta leprosa granulosa cinereo-virescente; patellulis demum convexis lutescentibus. Achar. l. c. p. 60.

Habitat in cortice Salic. et Fagi frequens.

β. L. acerina: crusta laevigata nuda tenuissima albo-virescente; patellulis planis rubro-fuscis. Achar. ibid.

Habitat in cort. Acer. campestr. annos. in der Mildenitz. Heide.

1054. Lecidea hypopta.

L. crusta effusa leprosa tenui inaequabili cinereo-fusca; patellulis plano-convexiusculis immarginatis nigro-fuscis. Achar. l. c. p. 61.

Habitat in ligno demortuo locis humidis gramino-

sis passim. — ad pagum Lübbersdorf im herrschaftlichen Garten an alten Zaunpfählen.

1055. Lecidea cyrtella.

L. crusta effusa tenuissima submembranacea laevigata glauca incana; patellulis minutis sparsis pallide-fuscis, demum haemisphaericis fusco-nigricantibus, margine baseos tenuissimo dilutiori subevanescente. Achar. l. c. p. 67.

Habitat in cortice squamulos. Salic. infrequens.

1056. Lecidea vernalis.

L. crusta effusa tenuissima albo-virescente; patellulis demum subglobosis confertis conglomeratis rufescenti-ferrugineis. Achar. l. c. p. 68.

Habitat in sylvaticis ad terram argillos. praerupt. passim — prope Neubr. bei Belvedere. Aprile.

1057. Lecidea pyracea.

L. crusta cinerascente; patellulis confertis minutis demum convexiusculis rufescenti-aurantiis, margine cinereo-flavicante subevanescente.

Parmelia cerina ζ pyracea. Achar l. c. p. 176.

Habitat in cortice exsiccato Popul. tremul. frequens.

Obs. Cel. Acharius hunc lichenem Parmel. cerinae varietatem putat, at pace Summi Viri, mihi haud ita videtur. In P. cerina margo apotheciorum a thallo evidenter formatus supra discum eo magis elevatus et flexuosus evadit, quo magis aetate provectae sunt scutellae; Lecid. pyraceae patellulae contra in statu juniori pla-

niuscula margine subaccessorio cinerascente quidem instructae sunt, sed aetate convexo-hemisphaericae evadunt, et margo evanescit. —

In cortice Popul. tremul. sicco nec non in ramis Fraxini dejectis crusta nigra leproso-granulata occurrit, quam varietatem ne pro Parmel. byssina habeas cavendum est.

1058. Lecidea Ehrhartiana.

L. crusta effusa rugoso-plicata granulata rimosa alba subvirescente; patellulis concavis marginatis demum convexiusculis flexuosis difformibus conglomeratis flavescentibus. Achar. l. c. p. 73.

Habitat in sylvis ad cort. Querc. annos. passim.

1059. Lecidea argena.

L. crusta tenui leprosa pulverulenta candida; patellulis pallidis. Achar. l. c. p. 74.

Habitat in cort. Acer. campestr. Querc. annos. et Pini sylv. passim.

Obs. Contigit mihi hanc speciem in squamis cort. Pini sylvestr. cum patellulis invenire, quae concavae e carneo albescentes sunt et rarius sparsae.

B. Lepidoma. Thallus crustaceus effiguratus.

1060. Lecidea microphylla.

L. crusta effusa imbricata cinerea fusco-nigricante: lobis confertissimis minutis inciso-crenulatis; patellulis rufescenti-fuscis demum convexis nigrisque. Achar. l. c. p. 76.

Habitat in sylvaticis ad vias cavas rarius. — In dem Gehölz bei der Zirzow. Mühle. Aprile.

1061. Lecidea scalaris.

L. crusta dispersa imbricata pallida: lobis reniformibus erectiusculis subdiscretis subtus margineque pulverulentis; patellulis nigris. Achar. l. c. p. 78.

Habitat ad basin caudic. Pini sylvestr. frequens.

Gen. 7. Calicium.

Achar l. c.

Pilidia turbinata lenticularia vel subglobosa.

(Thallus crustaceus effusus.)

* Phacotium. Capitula turbinato-lenticularia.

1062. Calicium claviculare.

C. crusta leprosa inaequabili subpulverulenta albocinerascente; pilidiis atris, capitulo lenticulari, pedicello crasso rigido cylindraceo. Achar. l. c. p. 90.

Mucor lichenoides L. Timm l. c. p. 281.

Habitat in cort. Querc. annos. frequens.

β. C. roscidum: crusta leprosa granulata sordide cinerea et subviridi; capitulis demum irregularibus conglomeratisque ferrugineo-pulverulentis, subtus subcinereis, pedicellis crassis brevioribus atris. Achar. ibid.

Habitat in trunc. cav. Salic. passim.

1063. Calicium sphaerocephalum.

C. crussa tenuissima cinerascente, pilidiis atris; capitulo turbinato-subgloboso, pedicello elongato filiformi. Achar. l. c. p. 91.

Mucor sphaerocephalus L. Timm l. c. p. 281.
Habitat in sylvis ad truncos putridos infrequens.

β. C. quercinum: crusta tenui cinerea; pilidiis turbinato-infundibuliformibus nigris cinereo-pulverulentis. Achar. l. c. p. 92.

Habitat in cortice Querc. annos. rarius.

1064. Calicium hyperellum.

C. crusta rugulosa areolata glabra flavo-virescente; pilidiis nigro-piceis, capitulo lenticulari supra nigro, pedicello cylindrico basi incrassato. Achar. l. c. p. 93.

Habitat in cortice Pini sylvestr. annos. in sylvis densis rarius. — ad pag. Ballin in der Tannenheide. Julio.

1065. Calicium chlorellum.

Calicium chlorellum.

β. C. elatinum: crusta tenuissima albida subpulverulenta; pilidiis turbinatis, capitulo subgloboso subtus viridi, supra umbrino pulverulento, pedicello filiformi cylindrico cinereo-fusco. Achar. l. c. p. 95.

Habitat in cort. Pini sylvestr. rarius. — ad pagum Ballin cum praecedente.

Obs. Crusta aetate provectiori demum albida evadit; junior omnino flavo-virescens est.

** Strongylium. Capitulum globosum.

1066. Calicium capitellatum.

C. crusta leprosa pulverulenta viridi-flava; pilidiis globo-

globosis pedicellisque capillaribus longissimis flexuosis flavo-pulverulentis. Achar. l. c. p. 98.
Mucor furfurascens L. Timm l. c. p. 281.
Habitat in sylvaticis ad radic. fruticum putrescentes et in rimis cort. Querc. annos. frequens. — prope Neubr. am Mühlenholz gleich hinter der Heidmühle und auf dem Stadtwall. Martio.

** Apothecia clausa demum dehiscentia.

Gen. 10. Verrucaria.

Achar. l. c.

Tubercula supra Thallum elevata, poro demum dehiscentia s. elabentia. Sporae nudae catenulatae.

(Thallus crustaceus tenuis uniformis.)

1067. Verrucaria stigmatella.

V. crusta tenuissima membranacea laevi subnitida cinerascente; tuberculis minutis convexis papillatis nigris. Achar l. c. p. 117.
Habitat in sylvis, in ramis Pini dejectis subputridis.

1068. Verrucaria stictica.

V. crusta? tenuissima submembranacea hyalina rugulosa; tuberculis minutis globosis superficialibus umbilicatis nigris. Achar. l. c. p. 118.
Habitat in trunco Salic. cortice denudato rarius.

1069. Verrucaria epidermidis.

V. crusta tenuissima effusa lactea; tuberculis confertis subrotundo - oblongiusculis plano - depressis

medio convexiusculis papillatis nigris. Achar. l. c. p. 118.

Habitat in epidermide cort. Betul. alb. frequens.

1070. Verrucaria punctiformis.

V. crusta tenuissima subdeterminata laevigata rufo-brunnea; tuberculis minutis haemisphaericis umbilicatis nigris. Achar. l. c. p. 119.

Habitat in cortice Coryl. Avellan. passim.

1071. Verrucaria carpinea.

V. crusta tenui fusco-nigricante determinata nigro-limitata; tuberculis hemisphaericis papillatis nigris. Achar. l. c. p. 120.

Habitat in sylvis densis ad cort. Capini Betul. rarius.

1072. Verrucaria nitida.

V. crusta effusa cartilagineo-membranacea laevigata pallido-virescente; tuberculis confertis hemisphaericis demum supra caesio-nigris nitidis papillatis, tandem umbilicatis. Achar. l. c. p. 121.

Sphaeria nitida Weigel. Timm l. c. p. 277.

Habitat in cortice Fagi et Carpini frequens.

Class. II. Coenothalami.

Apothecium ex ipso Thallo formatum, ejusdemque substantiae et coloris.

Sporae thecis inclusae. (Excepto Sphaerophoro.)

* Apothecia composita, pertusa vel hiantia.

Gen. 12. Thelotrema.

Achar. l. c.

Apothecia composita: exteriori verrucaefor-

mi ostiolis pertuso s. hiante, includente interiora subglobosa s. planiuscula.
(Thallus crustaceus effusus contiguus cartilagineo-membranaceus.)

1073. Thelotrema pertusum.

T. crusta submembranacea laevigata inaequabili cinerea; verrucis hemisphaerico-subglobosis, ostiolo uno alterove nigro pertusis. Achar. l. c. p. 131.
Lichen carpineus. L. Timm l. c. p. 245.
Habitat in sylvis ad cort. Fagi et Capini frequens.

*** Apothecia orbicularia aperta, margine Thallo concolori, Discum varie coloratum ambiente, cincta.

Gen. 15. Urceolaria.

Achar. l. c.

Scutellae Thallo immersae urceolatae, margine a thallo formato, nec libero demum cinctae.
(Thallus crustaceus uniformis determinatus.)

1074. Urceolaria cinerea.

U. crusta tartarea rimosa verrucoso-areolata cinerea nigro-limitata; apotheciis immersis concaviusculis nigris, margine accessorio tenui integerrimo. Achar. l. c. p. 143.
Habitat in saxis granitosis passim. — bei der Krappmühle an dem grofsen Granitblock.

1075. Urceolaria scruposa.

U. crusta effusa tartarea rugoso-plicata granulata albo-cinerascente; apotheciis immersis urceolatis

nigris, margine accessorio demum intumescente inflexo subcrenulato. Achar. l. c. p. 147.

Habitat in muris et ad terram argilloso-arenosam passim — ad pagum Sponholz auf dem Küssow. Berg, und an der Stadtmauer zu Neubrandenburg.

1076. Urceolaria agelaea.

U. crusta effusa tenui submembranacea inaequabili laevigata frustuloso-rimosa alba subvirescente; apotheciis confertis impressis concaviusculis nigris albo-pulverulentis, margine accessorio elevato irregulari. Achar. l. c. p. 150.

Habitat in cortice Ulmi et Popul. tremul. frequens.

Gen. 16. Parmelia.

Achar. l. c.

Scutellae crassae s. submembranaceae, planiusculae s. convexae, supra thallum elevatae, margine libero coronatae.
(Thallus polymorphus.)

* Lecanariae. Thallus crustaceus uniformis.

† Scutellarum disco atro, (margine accessorio discolori.)

1077. Parmelia atra.

P. crusta rugoso-granulata inaequabili cinereo-albida; scutellis demum convexiusculis atris, margine albo tandem flexuoso crenulatoque. Achar. l. c. p. 154.

Habitat in sylvis ad caudic. Popul. tremul. nec non in muris frequens.

1078. Parmelia exigua.

P. crusta leprosa tenui inaequabili obscure cinerea; scutellis minutis aggregatis planis atris, margine albo crenulato, demum convexiusculis margine fuscescente subevanescente. Achar. l. c. p. 154.

Habitat in sepimentis antiquis et hortor. januis. passim.

β. P. pinicola: crusta tenui pulveraceo-granulosa cinerascente; scutellis minutissimis confertis planis atris, margine concolore alboque. Achar. l. c. p. 155.

Habitat in squamis cort. Pini sylvestr. annos. frequens.

1079. Parmelia sophodes.

P. crusta suborbiculari granulata obscure cinereo-virente; scutellis planis confertis demum convexiusculis, nigris, margine tumidulo integerrimo crustae concolori. Achar. l. c. p. 155.

Habitat in cortice Alni Pruni et Cerasi passim.

β. P. pyrina: crusta effusa tenui granulato-pulveracea cinereo-viridi; scutellis minutis sessilibus convexiusculis nigro-fuscis, margine integro crustae concolori. Achar. l. c. p. 156.

Habitat in hortis, in ramulis Pyri communis rarius.

1080. Parmelia multipuncta.

P. crusta tartarea subeffusa laevigata rimoso-tessulata cinereo-lactea; scutellis in singula areola plurimis minutis impressis subcontiguis nigris, demum prorumpentibus irregularibus dilatatis pla-

nis, margine accessorio tenuissimo flexuoso libero. Achar. l. c. p. 158. (Excl. synon. Hoffmann.)
Habitat in saxis granitosis rarius. — bei der Krappmühle an dem grofsen Stein.
Variat. crusta cinerea.

†† Scutellis decoloratis, (nigricantibus s. cinereo-glaucis, subcaesiis) pruinosis.

1081. Parmelia glaucoma.

P. crusta tartarea rimosa albo-cinerascente; scutellis demum convexis congestis difformibus glaucis pruinosis, tandem nigricantibus, margine flexuoso crustae concolori. Achar. l. c. p. 160.
Habitat in saxis granitosis rarius.

1082. Parmelia angulosa.

P. crusta tenui subeffusa frustulosa inaequabili albo-cinerascente; scutellis plano-convexiusculis cinereo-pallidis glaucoque fuscescentibus pruinosis, tandem subglobosis conglomeratis difformibus, margine subevanescente. Achar. l. c. p. 162.
Habitat in ramis juniorib. Querc. frequens.

1083. Parmelia Hageni.

P. crusta tenui effusa albo-cinerascente; scutellis minutis confertis fusco-caesiis pruinosis, margine albo pulverulento. Achar. l. c. p. 162.
Habitat in cortice Salic. annos. et Popul. tremul. emort. frequens.

β. P. syringea: crusta cinerea subpulverulenta; scutellis minutis confertis fuscis subpruinosis, margine albido-caesio subcrenulato-pulverulento. Achar. l. c. p. 163.

Habitat in hortis, in ramis Syringae vulgaris; frequentius occurrit in cortice Sambuc. nigr.

††† Scutellis varie coloratis.

1084. Parmelia albella.

P. crusta tenui contigua subnitida lactea; scutellis minutis sparsis marginatis concoloribus, disco concavo dilute subcarneo. Achar. l. c. p. 163.

Habitat in cortice Querc. junior. et in caudic. Popul. tremul.

1085. Parmelia subfusca.

P. crusta tenuissima contigua laevigata albo-cinerascente; scutellis sessilibus sparsis, disco convexiusculo rufescenti-fusco, margine integerrimo tumido crustae concolori. Achar. l. c. p. 167.

Lichen subfuscus L. Timm l. c. p. 245.

Habitat in arborum cortice ubique.

Obs. Quamplurimis hic Lichen obnoxius est varietatibus, praesertim scutellarum colore et magnitudine.

γ. P. flexuosa: crusta cinero-albida granulata inaequabili; scutellis elevatis, disco plano concaviusculo, dilute rufo-fuscescente, margine subinflexo irregulari pulverulento. Achar. l. c. p. 168.

Habitat in cortic. Salic. annos. passim.

ζ. P. pallida: crusta tenui albo-pallescente; scutellis pallidis discoloribusque demum dilute rufescenti-fuscis confertissimis angulosis, margine albicante. Achar. l. c.

Habitat in cortic. Aescul. Hippocast. et al. arb.

1086. Parmelia effusa.

P. crusta effusa tenui pulverulenta dilute aeruginosa; scutellis pallide fuscis, margine tenuissimo flavo-virescente. Achar. l. c. p. 171.

Habitat in caudicib. subputrid. Salic. et Acer. campestr. rarius. — In pago Krekow auf dem Kirchhof an einem trocknen Ahorn? Julio.

1087. Parmelia detrita.

P. crusta subdeterminata pallido-cinerascente; scutellis adpressis planis confertissimis carneis demum rufescentibus irregularibus angulosis a crusta marginatis. Achar. l. c. p. 171.

Habitat in cortice Popul. tremul. et Salic. passim.

1088. Parmelia salicina.

P. crusta subeffusa granulosa inaequabili luteo-cinerascente; scutellis demum convexis aurantiacis, margine pallidiori. Achar. l. c. p. 173.

Habitat in cortice Populi tremul. rarius.

1089. Parmelia microthelia.

P. crusta determinata suborbiculari flava glabra plicato-rimosa verrucosa: verrucis globoso-papilliformibus scutelliferis; scutellis aurantiaco-rubris margine flavo. Achar. l. c. p. 174.

Habitat in cortice Salic. ad vias publicas passim.

Obs. Ex auctoritate Cel. Acharii hanc speciem proprio nomine salutavi, quae caeterum a praecedente vix sufficienter diversa est; crustae color valde variabilis, in uno eodemque specimine par-

tim cinereus partim flavo-virescens sese spectandum praebet, et verrucae illae papilliformes, scutellas convexas demum planiusculas efficientes utrique propriae sunt. — Specimina P. salicinae characteri dato respondentia frequentius in truncis Popul. tremul. reperi.

1090. Parmelia cerina.

P. crusta effusa tenui inaequabili subcinerea; scutellis planis cerinis, margine subinflexo cinereo demum nigricante. Achar. l. c. p. 175.

Habitat in cortice Salic. Popul. Fagi reliqu. frequens.

Obs. In cortice Sambuc. nigr. specimina crusta coerulescente reperi. Color disci scutellarum variat, a pallide flavo s. cerino in rubro-fuscum abiens. — Varietatem pyraceam Lecideis adsociavi.

1091. Parmelia varia.

P. crusta granulata inaequabili pallide flavo-virescente; scutellis confertis disco planiusculo fuscescente varioque, margine subinflexo irregulari crustae concolori. Achar. l. c. p. 178.

Habitat in trabibus et sepimentis antiquis ubique.

1092. Parmelia citrina.

P. crusta effusa leprosa pulverulenta citrina; scutellis minutis aurantiis, margine flavo.

γ. P. phlogina: crusta pulverulenta flava; scutellis minutis sparsis pallidis. Achar. l. c. p. 181.

Habitat in cortice Salic. annos. passim.

** Psoroma. Thallus crustaceus effiguratus, totus squamoso-imbricatus.

1093. Parmelia brunnea.

P. crusta imbricata granulato-lobata viridi-fusca, lobulis crenulatis; scutellis confertissimis plano-convexiusculis rufis, margine tenui crenulato crustae concolori. Achar. l. c. p. 186.

Habitat in pinetis ericetosis ad terram praeruptam passim. — ad pagos Ballin et Lübbersdorf in den Tannenheiden. Augusto.

1094. Parmelia candelaria.

P. crusta imbricata viridi-flava: lobis minutis confertissimis lacero-laciniatis granulatis; scutellis planis marginatis concoloribus. Achar. l. c. p. 187.

Lichen candelarius. L. Timm l. c. p. 245.

Habitat in trabibus sepimentis arborumque corticibus frequens ubique. — In trunco Tiliae annos. scutellifera mihi occurrit, ad pagum Jatzke.

β. P. polycarpa: crusta subimbricata flavescente-lutea: lobis laciniatis congestis; scutellis confertissimis crustam obtegentibus marginatis concoloribus. Achar. ibid.

Habitat cum priori et in fruticum ramulis. passim.

*** Placodium. Thallus crustaceus plano-depressus orbicularis ambitu lobato stellato-radiato.

1095. Parmelia saxicola.

P. crusta subimbricata orbiculari pallido-virescente: lobis incumbentibus inciso-lobatis crenatis impli-

cato-flexuosis; scutellis planiusculis fulvis, margine pallido crenulato. Achar. l. c. p. 191.

Habitat in muris ad saxa granit. et in sepimentis antiquis frequens.

1096. Parmelia lentigera

P. crusta subimbricata orbiculari alba: lobis planiusculis flexuosis incisis crenatis; scutellis sparsis planiusculis flavo-rufescentibus, margine integerrimo albo. Achar. l. c. p. 192.

Habitat in collibus ad terram muscos. rarius. — prope Neubr. am Gerichtsberg.

1097. Parmelia elegans.

P. crusta plicato-rugosa subimbricata orbiculari flavo-aurantiaca: lobis lineari-multifidis flexuosis radiosis subdiscretis; scutellis marginatis concoloribus.

β. P. tegularis: crusta depressa subimbricata orbiculari aurantiaca, ambitu inciso-lobato: lobis lineari-multifidis pulposis; scutellis concoloribus. Achar. l. c. p. 193.

Habitat in tegulis supra muros rarius. — In pago Neuenkirchen auf der Kirchhofsmauer.

1098. Parmelia murorum.

P. crusta plicato-rugosa rimosa orbiculari virescenti-flava, ambitu radioso-plicato: lobis incisis concretis; scutellis demum convexis sub-concoloribus, margine dilutiori. Achar. l. c. p. 197.

Habitat in muris et tegulis ubique.

**** Circinaria. Thallus foliaceus submembranaceus stellatus subimbricatus depressus, subtus fibrillosus.

1099. Parmelia caesia.

P. thallo crustaceo-membranaceo stellato albo-subcinerascente, subtus cinereo nigro-fibrilloso: laciniis periphaericis sublinearibus inciso-crenatis; scutellis planis caesiis demum nigris, margine elevato tenui subinflexo albo. Achar. l. c. p. 197.

Habitat ad saxa et in sepimentis antiquis frequens.

1100. Parmelia cycloselis.

P. thallo submembranaceo stellato cinereo-glauco subtus nigro-fibrilloso subspongioso: laciniis subimbricatis planiusculis multifidis incisis sublobatis marginibus elevatis subpulverulentis; scutellis fusco-nigris, margine cinereo inflexo demum crenulato. Achar. l. c. p. 199.

Habitat in cort. Salic. et Popul. tremul. passim.

1101. Parmelia ulothrix.

P. thallo submembranaceo stellato cinereo-glauco, subtus nigro-fibrilloso: laciniis linearibus angustatis multifidis flexuosis subciliatis; scutellis fusco-nigris subtus ciliatis, margine cinereo. Achar. l. c. p. 200.

Habitat in cortice Salic. Popul. tremul. et Fraxin. frequens.

1102. Parmelia omphalodes.

P. thallo cartilagineo-membranaceo rigido substellato aeruginoso-fusco-nigricante nitido nigro-punctato, subtus atro fibrilloso: laciniis imbricatis mul-

tifidis lineari-angustatis planis apice subtruncatis scutellis badiis, margine inflexo subcrenato. Achar. l. c. p. 204.

Habitat in campis et sylvis ad saxa frequens.

β. P. panniformis: thallo cartilagineo-membranaceo effuso imbricato cinereo subtus nigro tomentoso: laciniis brevibus squamiformibus incisis laceris erectiusculis stipatissimis. Achar. ibid.

Habitat ad saxa passim.

1103. Parmelia saxatilis.

P. thallo membranaceo substellato albo cinereo-glaucescente scabriusculo lacunoso-reticulato, subtus nigro fibrilloso: laciniis sinuato-lobatis imbricatis planis subtruncatis; scutellis badiis margine tenui inflexo albo crenulato. Achar. l. c. p. 204.

Lichen saxatilis L. Timm. l. c. p. 245.

Habitat ad saxa et arbor. truncos; in ulteriori loco frequentius scutellifera occurrit.

1104. Parmelia conspersa.

P. thallo membranaceo stellato glauco-virescente glabro nigro-punctato, subtus nigro-fusco fibrilloso: laciniis subimbricatis planis sinuato-lobatis incisis rotundato-crenatis; scutellis centralibus badiis, margine inflexo subintegro. Achar. l. c. p. 205.

Lichen centrifugus Autor. plurimor.

Habitat in agris et sylvaticis ad saxa frequens.

β. P. stenophylla: thallo membranaceo effuso pallido-virescente, subtus fusco nigro-fibrilloso:

laciniis pinnatifidis longis linearibus flexuosis imbricato-complicatis; scutellis sparsis castaneis margine inflexo. Achar. l. c. p. 206.

Habitat in collibus sterilissimis et ad saxa passim.

1105. Parmelia ambigua.

P. thallo membranaceo stellato pallido-virescente subtus nigro-fusco fibrilloso: laciniis adpressis planis linearibus angustatis inciso-multifidis; scutellis sparso-subcentralibus minutis rubro-fuscis planiusculis, margine elevato subintegro pallido. Achar. l. c. p. 207.

Habitat in truncis Pini sylvestr. annos. rarius. absque scutellis.

1106. Parmelia stellaris.

P. thallo membranaceo stellato demum plicato-rugoso nudo cinereo, subtus albido fibrillis cinereis: laciniis sublinearibus convexis multifidis; scutellis planis nigro-caesiis demum concavis atris, margine inflexo cinereo. Achar. l. c. p. 209.

Lichen stellaris. L. Timm l. c. p. 246.

Habitat in hortis ad arbor. cult. corticem frequens.

1107. Parmelia aipolia.

P. thallo membranaceo stellato cinereo-caesio subnudo, subtus nigro-fibrilloso; laciniis planiusculis undulatis in ambitu latioribus inciso-lobatis crenatis; scutellis planis caesiis, margine tumido inflexo albo integro. Achar. l. c. p. 209.

Habitat in caudicib. Fraxini, Ulmi et Popul. tremul.

1108. Parmelia pulverulenta.

P. thallo membranaceo stellato viridi-fusco cinereo-

pruinoso, subtus nigro-tomentoso: laciniis subimbricatis adpressis planis multifidis sublinearibus inciso-crenulatis, apice subretusis; scutellis planis caesiis, margine tumido involuto integro. Achar. l. c. p. 210.

Lichen orbicularis Necker. Timm l. c. p. 246.

Variat: thallo albido-cinerascente et fusco-virescente.

1109. Parmelia parietina.

P. thallo membranaceo stellato fulvo, subtus pallidiori subfibrilloso: laciniis planis apice dilatatis rotundato-lobatis crispis; scutellis concoloribus margine tenui integro. Achar. l. c. p. 213.

Lichen parietinus L. Timm l. c. p. 246.

Habitat ad parietes, saxa arborumque truncos frequentissim.

1110. Parmelia olivacea.

P. thallo membranaceo stellato olivaceo-fusco nitido, centro rugoso-plicato, subtus fuscescente subfibrilloso: laciniis planis apice dilatatis rotundato-lobatis rugosis punctatisque; scutellis subconcoloribus, margine inflexo crenulato. Achar. l. c. p. 213.

Lichen olivaceus L. Timm. l. c. p. 245.

Habitat in sylvis ad arborum praesertim Betular. truncos frequens.

1111. Parmelia corrugata.

P. thallo coriaceo membranaceo stellato rugoso-plicato glauco-virescente, subtus nigro-fusco fibrillo-

so: laciniis rotundato-lobatis plicato-flexuosis rugulosis; scutellis concavis amplissimis flexuosis rubro-fuscis, margine tenui inflexo crenulato. Achar. l. c. p. 215.

Habitat in trunc. Salic. rarius. absque scutellis.

1112. Parmelia tiliacea.

P. thallo submembranaceo stellato albido-glauco subpruinoso, subtus fusco-nigricante fibrillis nigris: laciniis imbricatis rotundato-lobatis sinuato-crenatis plicatis flexuosis; scutellis subfuscis, margine inflexo subintegro. Achar. l. c. p. 215.

Habitat in ramulis Querc. junior. frequens; in cortice Betul. alb. quoque mihi occurrit thallo albidiore.

1113. Parmelia caperata.

P. thallo coriaceo-membranaceo stellato plicato-rugoso pallide flavo-virescente, subtus atro-hispido: laciniis sinuato-lobatis rotundatis subcrenatis; scutellis subcentralibus concavis rufescentibus, margine inflexo crenulato pulverulento. Achar. l. c. p. 216.

Lichen caperatus L. Timm l. c. p. 248.

Habitat ad saxa infrequens. — bei der Krappmühle an dem groſsen Granit. absque scutellis.

**** Lobaria. Thallus foliaceus subcoriaceus: lobis vagis laxis expansis subtus villosis.

1114. Parmelia scrobiculata.

P. thallo subcoriaceo expanso laevi scrobiculato glauco-virescente, subtus ferrugineo-nigricante villoso:

loso: lobis rotundatis incisis irregularibusque; scutellis planis fuscis margine integro. Achar. l. c. p. 219.

Habitat in sylvis ad saxa muscosa rarius. — prope Neubr. im Brodaschen Holz semel mihi et quidem scutellifera occurrit.

1115. Parmelia pulmonacea.

P. thallo subcartilagineo expanso glabro lacunoso-reticulato viridi-fusco, subtus flavo-ferrugineo hirto sinuato-lobato: laciniis retuso-truncatis; scutellis submarginalibus planis rufo-fuscis margine integro. Achar. l. c. p. 220.

Lichen pulmonarius. L. Timm l. c. p. 247.

Habitat in nemoribus densis ad truncos Fagor. et Quercuum frequens.

* 6. Collema. Thallus foliaceus gelatinosus varie formatus.

1116. Parmelia lacera.

P. thallo gelatinoso membranaceo subpellucido glaucescente: lobis erectiusculis confertis lacero-laciniatis ciliatis; scutellis sparsis concavis rubris, margine integro pallido. Achar. l. c. p. 225.

Tremella lichenoides. L. Timm. l. c. p. 253.

Habitat in sylvis pinetis inter muscos. frequens. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin; absque scutellis.

δ. P. pulvinata: thallo gelatinoso pulvinato atro-viridi: lobis confertis suberectis profunde laciniatis, laciniis planiusculis truncatis,

apice tenuissime denticulatis. Achar. l. c. p. 226.

Habitat in sylvaticis in saxis terra tectis passim. — prope Neubr. in dem Gehölz bei der Zirzow. Mühle.

†††† Thallo stellato vel orbiculari: lobis imbricatis minutis crassis.

1117. Parmelia crispa.

P. thallo gelatinoso imbricato orbiculato atro-viridi: lobis centralibus erectiusculis subgranulatis periphericis depressis majoribus obtusis crenulatis; scutellis centralibus confertis planiusculis badiis margine subintegro. Achar. l. c. p. 234.

Lichen crispus L. Timm l. c. p. 246.

Habitat in sylvaticis humidiusculis ad vias cavas passim. — bei der Zirzowschen Mühle. Vere.

* 7. Physcia. Thallus foliaceus membranaceus depressus: laciniis linearibus subimbricatis apice fornicatis s. subinflatis.

1118. Parmelia tenella.

P. thallo membranaceo utrinque cinarascente: laciniis subimbricatis multifidis linearibus apice adscendentibus tubuloso-fornicatis obtusis ciliatis; scutellis nigro-caesiis. Achar. l. c. p. 250.

Lichen hispidus Schreb. Timm l. c. p. 247.

Habitat in Salic. et arbor. cult. in hortis frequens.

1119. Parmelia physodes.

P. thallo membranaceo glabro albicante subtus nigro-fusco utrinque nudo: laciniis expansis subim-

bricatis sinuato-multifidis convexiusculis apice subinflatis: scutellis rubris, margine inflexo tenuissimo integro. Achar. l. c. p. 250.

Lichen physodes L. Timm l. c. p. 246.

Habitat in sylvis ad arbor. corticem et saxa. In trunco Pini scutellifera rarius mihi occurrit.

1120. Parmelia diatrypa.

P. thallo membranaceo passim perforato cinereo subtus albo, nigro-fibrilloso subspongioso: laciniis expansis subimbricatis sinuato-multifidis planiusculis apice subinflatis; scutellis dilute rubellis, margine inflexo albo integro. Achar. l. c. p. 257.

Habitat in sepimentis antiquis et truncis arbor. frequens.

* 9. Canalicularia. Thallus foliaceus membranaceo-cartilagineus cespitosus: laciniis erectiusculis lineari-attenuatis, subtus longitudinaliter canaliculatis.

1121. Parmelia furfuracea.

P. thallo membranaceo subcaespitoso cinereo-pulverulento subtus violaceo-nigro nudo canaliculato: laciniis ramosis attenuatis decumbentibus; scutellis lateralibus cyathiformibus rubris. Achar. l. c. p. 254.

Lichen furfuraceus L. Timm l. c. p. 247.

Habitat in truncis Pini et Betul. alb. in sylvis frequens; rarius scutelliferam legi.

1122. Parmelia ciliaris.

P. thallo membranaceo caespitoso virescenti-glauco subtus nudo albicante canaliculato: laciniis ramosis linearibus apice fibrillosis; scutellis terminalibus nigro-caesiis. Achar. l. c. p. 255.

Lichen ciliaris. L. Timm l. c. p. 246.

Habitat in sylvis hortisque in arbor. cortice copiose.

1123. Parmelia prunastri.

P. thallo membranaceo subcespitoso molli albo rugoso-lacunoso utrinque glabro, subtus subcanaliculato albissimo: laciniis linearibus ramosis divaricatis attenuatis; scutellis submarginalibus concavis badiis, margine tenui subinflexo integro. Achar. l. c. p. 257.

Lichen prunastri. L. Timm l. c. p. 248.

Habitat in arborum cortice, praesertim Prun. spinos. frequens. absque scutellis.

* 10. Polymeria. Thallus subfoliaceus cartilagineus: laciniis suberectis planis, vel tereti-compressis lacunosis attenuatis ramosis nudis glabris.

1124. Parmelia fraxinea.

P. thallo cartilagineo-membranaceo subcaespitoso albo-cinerascente utrinque glabro rugoso lacunoso: laciniis planis erectis lineari-lanceolatis laciniatis; scutellis marginalibus lateralibusque planis pallidis. Achar. l. c. p. 258.

Lichen fraxineus. L. Timm. l. c. p. 247.

Habitat in trunc. arbor. praeprimis Quercus frequens.

1125. Parmelia fastigiata.

P. thallo subcartilagineo caespitoso cinerascente glabro lineari-lacunoso subdiviso: laciniis tereti-compressis sursum incrassatis fastigiatis; scutellis subterminalibus sessilibus concoloribus. Achar. l. c. p. 260.

Habitat in cort. truncor. Salic. et aliar. arbor. frequens.

β. P. calicaris: thallo laciniis linearibus ramosis flexuosis diffusis subcanaliculatis; scutellis subterminalibus subtus appendiculatis. Achar. l. c. p. 261.

Lichen calicaris. Autor. nonnull. et Timmii l. c. p. 247.

Habitat in cortice Salic. et in sepimentis frequens.

1126. Parmelia farinacea.

P. thallo cartilagineo caespitoso cinereo-glauco glabro lineari-lacunoso ramoso: laciniis convexiusculis attenuatis; sorediis convexis marginalibus scutellisque pedicellatis sparsis planiusculis concoloribus. Achar. l. c. p. 263.

Lichen farinaceus L. Timm l. c. p. 247.

Habitat in caudicib. Fagor. Betul. alb. et Pini sylv. frequens.

1127. Parmelia pollinaria.

P. thallo cartilagineo-membranaceo caespitoso cinereo glabro sublacunoso: laciniis planiusculis lacero-laciniatis hinc pulverulentis; scutellis subter-

minalibus sessilibus albis, margine inflexo subtusque virescentibus. Achar. l. c. p. 264.

Habitat in sepimentis antiquis frequens.

* Tricharia. Thallus filamentosus subcartilagineus ramosus: lorulis teretiusculis pendulis vel diffusis.

1128. Parmelia jubata.

P. thallo cartilagineo laevi subnitido tereti filamentoso cinereo-nigroque: lorulis dichotomo-ramosissimis filiformibus, axillis inferioribus compressis; scutellis sessilibus demum convexis concoloribus, margine integro. Achar. l. c. p. 272.

Lichen jubatus L. Timm l. c. p. 251.

Habitat in sylvis ad trunc. arbor. imprimis Betul. alb. frequens.

β. P. capillaris: lorulis pendulis ramosissimis divaricatis implexis tenerrimis lutescentibus, axillis subcompressis; scutellis dilute fuscis. Achar. l. c. p. 273.

Habitat in trunc. Betul. passim.

γ. P. chalybeiformis: lorulis decumbentibus brevioribus vage ramosis rigidis flexuosis implicatis tortuosis nigro-piceis. Achar. l. c. p. 273.

Lichen chalybeiformis. L. Timm l. c. p. 251.

Habitat cum praecedente, neutram vero unquam scutelliferam vidi.

**** Apothecia applanata subimmarginata, strato proligero tenuiori ad superficiem solidiori supra omnino tecta.

Gen. 18. Peltidea.

Achar l. c.

Peltae planae vel immersae anticae vel posticae. (Thallus foliaceus, coriaceus, subtus tomentoso-venosus.)

* Emprostea. Peltae submarginales anticae.

1129. Peltidea venosa.

P. thallo coriaceo cinereo subtus albo venis tomentosis cinereo-fuscis: lobis subrotundatis divergentibus; peltis anticis marginalibus horizontalibus rotundis fuscis. Achar. l. c. p. 282.

Lichen venosus L. Timm l. c. p. 248.

Habitat in sylvaticis ad vias cavas frequens. — ad pagum Zirzow bei der Mühle.

1130. Peltidea canina.

P. thallo coriaceo expanso cinerascente subtus albidiori venis fibrillisque fuscescentibus: lobis oblongis amplis extrorsum latioribus, lobulis peltigeris sparsis marginalibus angustatis; peltis perpendicularibus revolutis subrotundis anticis spadiceo-rufescentibus. Achar. l. c. p. 283.

Lichen caninus. L. Timm l. c. p. 249.

Habitat in nemorosis humidiusculis ad terram frequens. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz.

1131. Peltidea polydactyla.

P. thallo coriaceo expanso glabro glauco-virescente subtus venoso fusco fibrilloso: lobis rotundatis digitatis, lobulis marginalibus peltigeris elongatis creberrimis attenuatis; peltis nigro-fuscis. Achar. l. c. p. 286.

Habitat in sylvaticis arenosis passim. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin et prope Stargard im Sabelschen Holz.

1132. Peltidea aphthosa.

P. thallo coriaceo expanso glabro laete viridi verrucis sparsis fuscis, subtus subavenio nigro-fibrilloso plaga coeruleo-nigricante: lobis laxis rotundatis, lobulis peltigeris marginalibus sparsis angustatis; peltis anticis adscendentibus rotundis rubris. Achar. l. c. p. 287.

Lichen aphthosus L. Timm l. c. p. 249.

Habitat in sylvaticis ad terram frequens. — prope Stargard am Klüschenberg.

1133. Peltidea horizontalis.

P. thallo coriaceo expanso glabro glauco-virescente subtus nigro-fusco reticulato-venoso: lobis oblongis rotundatis, lobulis peltigeris marginalibus brevibus depressiusculis; peltis anticis horizontalibus transversim oblongis rufo-fuscis. Achar. l. c. p. 288.

Lichen horizontalis L. Timm l. c. p. 249.

Habitat in sylvis ad vias cavas et supra saxa frequens. — ad pagum Loitz am Wege nach Bredenfelde.

Gen. 19. Cetraria.

Achar. l. c.

Peltae applanatae scutelliformes submarginales adpressae sessiles, in ambitu liberae.

(Thallus foliaceus membranaceo-cartilagineus: laciniis irregularibus crispis utrinque nudis glabris.)

1134. Cetraria glauca.

C. thallo membranaceo glauco subtus nigro sinuato-lobato: laciniis planiusculis depressis complicatis margine adscendentibus lacero-laciniatis crispis; peltis rufo-fuscis. Achar. l. c. p. 296.

Lichen glaucus L. Timm l. c. p. 248.

Habitat in sylvis ad Pini sylvestr. trunc. et ad saxa passim. — prope Neubr. in den Rowa. Tannen et bei der Krappmühle an dem groſsen Granitblock; cum peltis nondum legi.

1135. Cetraria sepincola.

C. thallo membranaceo castaneo subtus dilutiori vage lobato: laciniis planis adscendentibus subcrenatis; peltis elevatis submarginalibus concoloribus, margine tenui rugoso-crenulato. Achar. l. c. p. 297.

Habitat in parietibus ligneis, sepimentis antiquis passim, rarius quoque in virgultis.

Obs. Thallus peltis creberrimis plerumque tectus est et aegre dignoscitur; in virgultis peltae rariores adsunt.

1136. Cetraria ulophylla.

C. thallo membranaceo cinero-fuscescente subtus

pallidiori sinuato-lobato: laciniis planis adscendentibus lacero-laciniatis marginibus elevatis eroso-crispis pulverulentis; peltis submarginalibus badiis, crenulatis. Cetraria sepincola β. C. ulophylla. Achar. l. c. p. 297.

Habitat in sylvis ad caudices Pini sylv. et Betul. alb. — ad pagum Loitz im Holz an der Ballinschen Grenze. absque peltis.

Obs. Cetrar. glaucae similior est haec species, quam C. sepincolae, cujus varietatem putat Cel. Acharius; at thallo grandiore, marginibus pulverulento, cinereo vel viridescente, vix unquam castaneo sufficienter differre videtur.

Gen. 20. Cornicularia.

Achar. l. c.

Orbillae scutelliformes submarginatae, margine demum revolutae, integrae vel ciliatae.

(Thallus cartilagineus, caulescens fruticulosus ramosus rigidus glaber.)

1137. Cornicularia spadicea.

C. thallo cartilagineo fruticuloso-caespitoso glabro dilute castaneo, ramis plano-compressis sublacunosis flexuosis denticulatis; orbillis spinoso radiatis demum convexis rufo-fuscis. Achar. l. c. p. 301.

Lichen aculeatus. Timm l. c. p. 251.

Habitat in ericetis montosis in saxorum vicinitate frequens, at semper absque orbillis.

Gen. 21. USNEA.

Achar. l. c.

Orbillae immarginatae ambitu integrae vel dentato-radiatae. Cephalodia sessilia sparsa in eodem (cum Orbillis) individuo s. distincto. (Thallus ramosus teres fibrillosus: lorulis cortice crustacea obductis.)

1138. Usnea florida.

U. thallo subcrustaceo fruticuloso recto tereti exasperato cinereo-virescente fibrilloso: fibrillis horizontalibus, ramis sparsis subfastigiatis simpliciusculis, orbillis terminalibus amplis albo-virescentibus radiatis; cephalodiis luteo-rufescentibus. Achar. l. c. p. 307.

Lichen floridus L. Timm l. c. p. 252.

Habitat in sylvis nemorosis densis in arborum ramis frequens.

β. U. hirta: thallo subcrustaceo fruticuloso tereti cinereo-lutescente, ramis confertis attenuatis fibrillosis pulverulento-scabridis; orbillis minutis albis radiatis. (cephalodiis fuscis?) Achar. l. c. p. 309.

Lichen hirtus L. Timm l. c. p. 252.

Habitat ad sepimenta et arbor annos. truncos copiose, absque orbillis et cephalodiis.

1139. Usnea barbata.

U. thallo subcrustaceo filamentoso tereti pendulo albo-virescente: lorulis filiformibus dichotomoramosis elongatis subarticulatis passim fibrillosis;

cephalodiis sparsis minutis incarnatis. Achar. l. c. p. 313.

Lichen barbatus L. Timm l. c. p. 251.

Habitat in truncis Pini sylvestr. et Betul. alb. passim.

***** Apothecia convexa, plus minus globosa, extus crusta proligera obducta; in thalli ramulis s. papillis et podetiis terminalia persistentia sessilia.

Gen. 22. STEREOCAULON.

Achar. l. c.

Cephalodia subturbinata planiuscula submarginata, demum convexa sessilia, sparsa et terminalia.

(Thallus caulescens ramosus solidus sublignosus. Podetia nulla.)

1140. Stereocaulon paschale.

St. thallo solido sublignoso fragili fruticuloso cinereo-caesio squamoso-granuloso: ramis brevibus confertis; cephalodiis planiusculis turbinatis sparsis lateralibus terminalibusque, demum conglomeratis convexis fusco-nigris. Achar l. c. p. 315.

Lichen paschalis. L. Timm l. c. p. 251.

Habitat in ericetis sylvatic. steriliorib. passim. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin et ad pag. Genzkow am Wege nach Lübbersdorf bei den Tannen am Hügel.

Gen. 23. Baeomyces.

Achar. l. c.

Cephalodia capitata, ambitu subreflexa, in Podetiis terminalia, (raro in ipso Thallo sessilia.) (Thallus crustaceus, vel foliaceo-cartilagineus fragilis: laciniis lobato-crenatis podetiiferis.)

* 1. Pordenium. Thallus crustaceus subuniformis. Podetia solidiuscula teretia subsimplicia molliora.

1141. Baeomyces roseus.

B. crusta tenui effusa leprosa subcontigua albo-cinerascente, podetiis brevissimis cylindricis albis; cephalodiis terminalibus simplicibus planiusculis demum turbinato-subglobosis magnis carneis. Achar. l. c. p. 321.

Lichen baeomyces L. Timm l. c. p. 245.

Habitat in ericetis sylvaticis frequens. — ad pagum Sponholz in dem Gehölz am Wege nach Warlin et prope pagum Ballin vor der Tannenheide hinter dem Torfmoor. Julio.

1142. Baeomyces rupestris.

B. crusta effusa rugoso-granulata pulverulenta albo-cinereo-virescente; podetiis subcompressis albis; cephalodiis terminalibus convexiusculis rufo-fuscis. Achar. l. c. p. 321.

Habitat in nemorosis ad vias cavas limosas passim. — prope Stargard im Sabelschen Holz. Octobre.

β. B. byssoides: crusta cinereo-fuco-virescente pulverulenta; podetiis albis compressis

sursum dilatatis; cephalodiis globosis demum conglomeratis fuscis. Achar. ibid.

Lichen byssoides L. Timm l. c. p. 244.

Habitat iisdem locis passim. — ad pag. Zirzow bei der Mühle an den Hohlwegen.

* 4. Helopodium. Thallus foliaceus cartilagineo-crustaceus imbricatus. Podetia elongata cylindrica subsolida, simplicia, vel apice subdivisa.

1143. Baeomyces symphycarpos.

B. thallo crustaceo-cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis cinereo-fusco-virescentibus subtus albis; podetiis brevibus concoloribus apice subperviis brevissime ramosis; cephalodiis congestis fuscis. Achar. l. c. p. 326.

Habitat in pinetis et ericetis steriliorib. passim. — ad oppidum Friedland an der Lübbersdorf. Grenze.

1144. Baeomyces cariosus.

B. thallo crustaceo-cartilagineo lobato: laciniis minutis imbricatis inciso-crenatis albido-virescentibus; podetiis carioso-cancellatis scabris concoloribus apice subperviis ramosis; cephalodiis confertis atropurpurascentibus. Achar. l. c. p. 326.

Habitat in pinetis ericetosis, ad terram rarius. — ad pagum Sponholz am Wege nach Warlin c. Stereoc. paschale.

1145. Baeomyces botrytes.

B. thallo crustaceo-cartilagineo lobato: laciniis im-

bricatis inciso-crenatis dilute-virescentibus, podetiis fistulosis pallescentibus rugoso-granulosis apice ramosis; cephalodiis subdiscretis luteo-fuscescentibus. Achar. l. c. p. 327.

Habitat ad trunc. Pini sylvestr. emort. rarius. — prope Friedland in den Tannen c. B. symphycarpo.

114. Baeomyces delicatus.

B. thallo crustaceo-cartilagineo lobato: laciniis minutissimis lineari-multifidis crispis petiolatis erectiusculis pulverulentis albis; podetiis filiformibus nudis simplicibus subdivisisque; cephalodiis conglomeratis pallide-fuscis demum nigris. Achar. l. c. p. 327.

Habitat in nemoribus ad trunc. Pini et Betul. putrid. rarius. — In der Mildenitzer Heide.

*5. Scyphophoron. Thallus foliaceus cartilagineo-crustaceus imbricatus. Podetia fistulosa apice scyphiformia.

1147. Baeomyces bacillaris.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis sinuato-multifidis crenatis; podetiis filiformibus albo-cinerascentibus; scyphis subcylindricis minutis integris clausis aut nullis; cephalodiis coccineis. Achar. l. c. p. 329.

Habitat ad trunc. Pini demort. passim. In den Friedland. Tannen.

1148. Baeomyces cocciferus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis in-

ciso-crenatis; podetiis brevibus obconicis cinereo-virescentibus; scyphis dilatatis integris clausis; cephalodiis marginalibus subsessilibus majoribus coccineis. Achar. l. c. p. 331.

Lichen cocciferus L. Timm l. c. p. 249.

Habitat ad arbor. truncos emort. frequens in sylvis. — prope Neubr. im Brodaschen Holz.

1149. Baeomyces digitatus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis; podetiis cylindraceis subdivisis cinereo-pallidis, scyphis obsoletis digitato-radiatis; cephalodiis terminalibus coccineis. Achar. l. c. p. 333.

Lichen digitatus L. Timm l. c. p. 250.

Habitat in pinetis passim. — In den Liepenschen Tannen am Wege nach Eichhorst.

1150. Baeomyces bellidiflorus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis minutis imbricatis inciso-crenatis; podetiis elongatis cylindricis subramosis scabris pallido-virentibus; scyphis terminalibus clavatis clausis; cephalodiis marginalibus globosis minutissimis confertissimis coccineis. Achar. l. c. p. 335.

Habitat in pinetis densissimis passim. — In den Liepenschen Tannen cum priori.

1151. Baeomyces pyxidatus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis; podetiis brevibus obconicis; scyphis dilatatis cyathiformibus clausis integris; cephalodiis marginalibus fuscis. Achar. l. c. p. 337.

Lichen

Lichen pyxidatus. L. Timm l. c. p. 250.

Habitat in nemorosis montosis ad terram et truncos arbor. frequens. — Im Brodaschen Holz.

Variat. bacillis brevissimis cum scyphis subsessilibus squamoso-furfuraceis. — In ericetis sterilissimis rarius, bei der Brandmühle prope Neubrandenb. unter den Tannen.

1152. Baeomyces fimbriatus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis inciso-crenatis; podetiis cylindricis albis superne dilatatis in scyphum cyathiformem clausum margine serrato-dentatum; cephalodiis dentium subglobosis minutis fuscis. Achar. l. c. p. 341.

Lichen fimbriatus L. Timm. l. c. p. 250.

Habitat in nemorosis humidiusculis ad terram frequens. — prope Neubr. im Nemerow. Holz.

1153. Baeomyces radiatus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis incisis crenatis: podetiis elongatis cylindricis albo-virescentibus pulverulentis, scyphis irregularibus subperviis margine digitato-radiatis; cephalodiis terminalibus fuscis. Achar. l. c. p. 342.

Habitat in pinetis densis muscosis passim. — ad pagum Eichhorst in den jungen Tannen am Wege nach Glienke.

1154. Baeomyces cornutus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis; podetiis elongatis simplicibus subventricosis acuminatis sterilibus scyphiferisque:

scyphis cylindraceis clausis subintegris; cephalodiis minutis marginalibus sessilibus fuscis. Achar. l. c. p. 343.

Lichen cornutus L. Timm l. c. p. 250.

Habitat in sylvis nemoros. ad trunc. emort. frequens ubique.

1155. Baeomyces gracilis.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis; podetiis elongatis filiformibus acuminatis sterilibus scyphiferisque; scyphis cyathiformibus clausis subulato-denticulatis; cephalodiis pedicellatis fuscis. Achar l. c. p. 344.

Habitat in pinetis densissimis passim. — ad pagum Eichhorst in den jungen Tannen.

1156. Baeomyces sparassus.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis imbricatis inciso-crenatis; podetiis cylindricis cinereis squamoso-scabridis ramosis rigidis; scyphis minutis denticulatis subperviis, margine repetito-scyphiferis, fertilium cephalodiis conglomeratis fuscis. Achar. l. c. p. 346.

Habitat cum praecedente, rarius.

1157. Baeomyces alcicornis.

B. thallo cartilagineo lobato: laciniis erectiusculis sinuato-lobatis obtusis; podetiis supra-foliaceis brevissimis; scyphis minutis turbinatis; cephalodiis marginalibus subsessilibus fusco-nigricantibus. Achar. l. c. p. 349.

Habitat in collibus sylvaticis sterilissimis rarius. —

ad pagum Genzkow am Wege nach Lübbersdorf bei den Tannen.

* 6. Cladonia. Thallus foliaceus cartilagineo-crustaceus evanescens. Podetia elongata rigida fistulosa attenuata ramoso-fruticulosa.

1158. Baeomyces uncialis.

B. podetiis caespitoso-aggregatis tubulosis albo-virescentibus: ramis brevibus patulis, apice stellato-radiatis denticulatis perforatis, fertilium cephalodiis minutis globosis spadiceis. Achar. l. c. p. 352.

Habitat in ericetis sylvaticis ad terram arenosam frequens. — ad pagum Sponholz cum Stereoc. paschal.

1159. Baeomyces rangiferinus.

B. podetiis teretibus tubulosis erectis ramosissimis cinerascentibus, axillis perforatis: ramulis apice deflexis, fertilium cephalodiis ternis quaternisve globosis obscure fuscis. Achar. l. c. p. 355.

Lichen rangiferinus L. Timm. l. c. p. 250.

Habitat in collibus sylvaticis sterilissimis frequens.

δ. B. racemosus: podetiis ramosis axillis perforatis, ramulis erectis racemosis, cephalodiis aggregatis rufescentibus. Achar. l. c. p. 356.

Habitat in ericet. steriliss. ad pag. Sponholz am Wege nach Warlin.

1160. Baeomyces furcatus.

B. podetiis teretibus tubulosis erectis attenuatis cinereo-fuscis ramosis, ramis adscendentibus dicho-

tomis bifurcatis, fertilium cephalodiis obscuro fuscis. Achar. l. c. p. 357.

Habitat in ericetis sylvaticis passim.

1161. Baeomyces subulatus.

B. podetiis erectis tubulosis attenuatis subdivisis: ramis erectis simplicibus subulatis cinereo-virescentibus, fertilium cephalodiis badiis. Achar. l. c. p. 357.

Lichen subulatus L. Timm l. c. p. 250.

Habitat in pinetis densis passim. — ad pagum Eichhorst in den Fichten nach Glienke.

FUNGI.

Classis I. Angiocarpi.

Fungi clausi, s. semina utplurimum copiosa interne gerentes.

Ordo I. Sclerocarpi.

Fungi duriusculi substantia interna molli.

Sphaeria.

Recept. (Stroma) varium. Sphaerulae subrotundae: exsiccatae utplurimum cavae; humectatae gelatina s. latice gelatinoso e thecis liberis constante refertae.

Sect. 1. Caulescentes s. receptaculum elongatum clavaeforme, trunco praeditum.

* Recept. substantia carnosa.

1162. Sphaeria Ophioglossoides.

S. clavula incrassata subturgida nigrescente; stipite

basi intusque flavo. Persoon Synops. method. Fungor. p. 4.
Clavaria ophioglossoides L. Timm l. c. p. 273.
Habitat in sylvis ad terram arenosam rarius. Octobr.

** Recept. substantia suberosa.

1163. Sphaeria palmata.

S. stipitata tuberosa crassa digitatim ramosa atra: sphaerulis minutissimis subglobosis dense conspersa; substantia suberosa alba.
Habitat in nemoribus montosis in vicinitate truncor. carios. Aestate. — prope Neubrandenb. im Broda. Holz, rarius.

1164. Sphaeria Hypoxylon.

S. gregaria ramosa compressa, basi hirta. Persoon l. c. p. 5.
Clavaria Hypoxylon. L. Timm l. c. p. 273.
Habitat in sylvis ad truncos emort. frequens. Autumno.

1165. Sphaeria carpophila.

S. caulescens tenuis; primo subulata villosa, demum clavata glabra: clavula cylindrica stipite multo breviore. Persoon l. c. p. 6.
Habitat in pericarpiis Fagi sylvat. rarius. Vere.

1166. Sphaeria polymorpha.

S. gregaria, forma varia; clavulis ventricosis sphaerulis undique cinctis. Persoon l. c. p. 7.
Habitat in sylvis ad truncos putridos frequens. Autumno.

Sect. 2. Recept. acaule subrotundum effusumque; sphaerulis periphaericis tuberculosum. (Periphaericae.)

1167. Sphaeria fragiformis.

S. gregaria subconfluens rubiginosa, intus atro-nitens sphaerulis papillatis. Persoon l. c. p. 9.

Habitat ad truncos emortuos Fagi sylvat. passim. Autumno.

1168. Sphaeria cohaerens.

S. gregaria confluens planiuscula, primo laevis sordide fuscescens, demum subbullata nigrescens. Persoon l. c. p. 11.

Habitat in sylvis ad truncos et ligna putrida frequens. Octobre.

1169. Sphaeria fusca.

S. difformis subconfluens fusca, intus subconcolor; sphaerulis umbilicatis subprominulis. Persoon l. c. p. 12.

Habitat in sylvis ad ramos dejectos passim. Autumno.

1170. Sphaeria ribesia.

S. erumpens mollis elliptica subdepressa; sphaerulis dissectis albicantibus. Persoon l. c. p. 14.

Habitat in hortis, in virgultis aridis Rib. rubr. frequens. Octobr.

Sect. 3. Forma varia effusa orbicularis aut rotunda; sphaerulis sparsis horizontalibus, stromati carnoso immersis: ostiolis sparsis utpluri-

mum prominulis papillaeformibus, aut spinulosis. (Compositae.)

1171. Sphaeria Poronia.

S. stipitata pezizaeformis: albida disco truncato; sphaerulis sparsis punctiformibus nigris. Persoon l. c. p. 15.

Octospora pyxis. Timm l. c. p. 260.

Habitat in pascuis graminosis in stercore equino. rarius. Octobr.

1172. Sphaeria deusta.

S. late effusa crassa undulato-rugosa pustulata, primo carnosa albido-cinerea pulverulenta, demum nigra rigida. Persoon l. c. p. 16.

Habitat in sylvis ad truncos putridos frequens. Autumno.

1173. Sphaeria Stigma.

S. ambiente-effusa laevis rimosa: ostiolis immersis planiusculis. Persoon l. c. p. 21.

β. Sphaeria decorticata: longitudinaliter effusa atra: ostiolis prominentibus subconicis. ibid.

Habitat α. et β. in ramulis dejectis, in sylvis passim. Autumno.

1174. Sphaeria flavovirens.

S. composita, substantia pulverulenta flavo-virescente. Persoon l. c. p. 22.

α. subrotunda: convexo-plana nigra.

β. effusa: elongata effusa nuda.

Habitat α. et β. in eodem saepe ramulo dejecto in sylvis. — Im Sponholz. Gehölz. Octobre.

1175. Sphaeria quercina.

S. erumpens convexa suborbicularis: ostiolis prominulis quadrigonis. Persoon l. c. p. 24.

Habitat in ramis Quercus dejectis passim. Octobre.

1176. Sphaeria disciformis.

S. sparsa orbicularis planiuscula laevis: ostiolis immersis subpunctiformibus. Persoon ibid.

Habitat in sylvis ad ramulos dejectos. Septbre.

1177. Sphaeria bullata.

S. depressa subrotunda ovalis reniformisque: ostiolis papillatis. Persoon l. c. p. 27.

Habitat in sepibus e ramis Salic. alb. construct. frequens. Octobr.

Sect. 4. Effusa, sphaerulis horizontalibus primo et ad marginem solitariis, deinde confluentibus, carne s. stromate manifesto non conjunctis; nonnullis distantibus sed crusta quaedam connexis. (Monostichae.)

1178. Sphaeria graminis.

S. epiphylla sublinearis maculaeformis nitente-nigra; ostiolis latentibus. Persoon l. c. p. 30.

Habitat in graminosis uliginosis ad folia divers. gramin. Augusto.

1179. Sphaeria Trifolii.

S. atra parva, magnitudine varia, cespitulo inaequali ruguloso interne subpulverulento. Persoon ibid.

Habitat in foliis Trifol. repent. locis humidis. Autumno.

1180. Sphaeria nebulosa.

S. grisea, sphaerulis minutissimis sparsis, maculas nigrescente-griseas interruptas inaequaliter lineatas efformantibus: ostiolis prominulis subacutis. Persoon l. c. p. 31.

Habitat in stipitibus Spinaciae olerac. Autumno.

Sect. 5. Sphaerulis per receptaculum quoddam crustaeforme conicum in cespitulum forma distinctum coacervatis: ostiolis versus medium convergentibus.
(Pustulatae s. tuberculatae.)

1181. Sphaeria fimbriata.

S. epiphylla subcircinata: ostiolis spinulosis clavatis basi fimbria albicante cinctis.

α. Sphaeria Carpini: sphaerulis dense approximatis cespitulo irregulari. Persoon l. c. p. 36.

S. Carpini Timm l. c. p. 279.

Habitat in sylvis, in foliis aridis vivisque Carpini Betul. frequens. Autumno.

1182. Sphaeria nivea.

S. conica, disco farinaceo niveo: ostiolis prominulis papillatis. Persoon l. c. p. 38.

Habitat in sepibus ad ramulos Popul. tremul. frequens. Novembr.

1183. Sphaeria Betuli.

S. subrotunda; ostiolis globosis papillatis. Persoon l. c. p. 39.

Habitat in sylvis ad corticem Carpini Betul. locis humidis. Septbr.

Obs. Cel. Persoon adnotat ostiola nonnunquam teretia spinulosa difformia evadere, quod in meis speciminibus quoque observavi.

Sect. 6. Sphaerulis in circulum digestis decumbentibus nudis, sub epidermide nidulantibus: ostiolis approximatis utplurimum erumpentibus. (Circinatae.)

1184. Sphaeria pulchella.

S. circinata nuda: ostiolis longissimis flexuosis. Persoon l. c. p. 43.

Habitat in hortis sub cortice truncor. Ceras. generos. rarius. Octobr.

1185. Sphaeria faginea.

S. circinata: ostiolis hamatis asperis. Persoon l. c. p. 44.

Habitat in cortice Fagi sylvat. adhuc vigent. rarius. Octobre.

1186. Sphaeria quaternata.

S. circinata latitans; sphaerulis depressis, utplurimum quaternis: ostiolis brevissimis obtusis. Persoon l. c. p. 45.

Habitat in nemorosis ad ramos Fagi dejectos, passim. Octobre.

Sect. 7. Erumpens, cespitulo subrotundo sphaerulis inter se liberis, receptaculo insidentibus. (Cespitosae.)

* Sphaerulis papillatis.

1187. Sphaeria coccinea.

S. cespitosa dilute rubra: sphaerulis ovatis laevibus. Persoon l. c. p. 49.

Habitat in cortice Fagi caesae passim. Octobre.

Sect. 8. Sphaerulis solitariis liberis receptaculo destitutis. (Simplices.)

* Ostiolo latissimo utplurimum compresso, sphaerulae ipsius latitudinem subaequante. (Platystomae.)

1188. Sphaeria dehiscens.

S. simplex immersa: ostiolo compresso labiato dehiscente. Persoon l. c. p. 55.

α. nigra.

Habitat in hortis umbrosis, ad ramulos Sambuc. nigrae passim. Novembre.

** Ostiolo tereti spinuloso, sphaerulae longitudine aut hanc superante. (Macrostomae.)

1189. Sphaeria setacea.

S. simplex epiphylla; sphaerulis sparsis in folii substantia latentibus: ostiolis prominulis setaceis attenuatis. Persoon l. c. p. 62.

Habitat in foliis Quercus delapsis rarius. Septbr.

1190. Sphaeria Ulmi.

S. simplex epiphylla congesta suboccultata, maculae nigrae vel flavescenti insidens; materia gelatinosa alba in formam fili protrusa indurata.

Habitat in foliis Ulmi campestris semivivis, locis udis umbrosis. Septbr.

Obs. In superficie prona foliorum Ulmi observantur maculae irregulares nigrae vel pallide-flavae quibus respondent in pagina aversa tubercula minuta e quorum apice duo tresve fila alba flac-

cida, ultra lineam nonnunquam longa propendent, sphaerularum ostiolis protractis non absimilia, quae tamen nil nisi ipsa materia gelatinosa protrusa et indurata esse videtur.

*** Ostiolo sphaerula breviore subelongato, conico aut cylindrico, utplurimum vero papillaeformi. (Brachystomae.)

1191. Sphaeria mammaeformis.

S. simplex parca; sphaerulis majusculis globosis laevibus subconfluentibus, totis glabris: ostiolo papillato. Persoon l. c. p. 64.

Habitat in sylvis humidiusculis ad ramos putridos rarius. Vere.

1192. Sphaeria Peziza.

S. gregaria sordide rubella; sphaerulis globosis, exsiccatis collabescendo-concavis, basi subpilosis. Persoon l. c. p. 66.

Habitat in sylvis ad ligna putrida frequens. Septembre.

1193. Sphaeria ovina.

S. sparsa; sphaerulis globosis ovatisque liberis, tomento compacto albido tectis: ostiolo papillato nigricante. Persoon l. c. p. 71.

Habitat in sylvis ad truncos putridos infrequens. Autumno.

1194. Sphaeria hispida.

S. simplex sparsa pyriformis atra, (setulis remotis.) hispida. Tode. Persoon l. c. p. 74.

Habitat in sylvis ad ligna dejecta putrida rarius. Augusto.

Obs. In meis speciminibus setulae equidem non remotae, sed sphaerulae potius totae quantae setulis dense obsessae sunt.

1195. Sphaeria spermoides.

S. congesta opaca rigida; sphaerulis globosis deorsum subteretibus: ostiolo papillaeformi obsoleto. Persoon l. c. p. 75.

Habitat in sylvis ad truncos putridos frequens. Autumno.

1196. Sphaeria bombarda.

S. simplex fasciculata fuscescens; sphaerulis elongatis subventricosis: ostiolo papilla acuta. Persoon l. c. p. 75.

Habitat ad ligna putrida dejecta in sylvis frequens. Augusto.

1197. Sphaeria Patella.

S. sparsa simplex atra; sphaerulis disco impresso-plicatis: ostiolo papillato subobsoleto. Persoon l. c. p. 76.

Habitat in superficie trunci Fagi caesae rarius. Octobre.

1198. Sphaeria Doliolum.

S. simplex sparsa nuda; sphaerulis elevatis subteretibus obtusis; plicis lateralibus distinctis: ostiolo papillaeformi. Persoon l. c. p. 78.

Habitat in caulibus plantar. umbellifer. locis udis passim. Novbr.

1199. Sphaeria incrustans.

S. simplex crusta nigra; sphaerulis sparsis rotunda-

to-ovatis subrugosis: ostiolo crassiusculo conico perforato. Persoon l. c. p. 82.

Habitat in ramis populneis siccis frequens. Vere.

1200. Sphaeria inquinans.

S. simplex sparsa atro-inquinans; sphaerulis cum ligno subprominulis perforatis.

β. Sphaeria Xylostii. Persoon l. c. p. 84.

Habitat in sylvis ad ramos Lonic. Xylost. siccos passim. Octobr.

**** Sphaerulis ostiolo manifesto non instructis. (Astomae.)

1201. Sphaeria Pulvis pyrius.

S. simplex congesta; sphaerulis ovatis subrotundisque tuberculosis rugosis, medio sulcatis. Persoon l. c. p. 86.

Habitat in sylvis ad ligna dejecta putrida passim. Autumno.

1202. Sphaeria tristis.

S. simplex atra; sphaerulis subglobosis rugulosis utplurimum collapsis, tomento strigoso insidentibus. Persoon l. c. p. 87.

Habitat in sylvis ad frustula ligni faginei, passim. Octobre.

1203. Sphaeria Aegopodii.

S. epiphylla simplex sparsa; sphaerulis nigrescentibus maculae albae crustaeformi insidentibus. Persoon l. c. p. 89.

Habitat in foliis languescentibus Aegopod. Pogagr. copiose. Novembre.

1204. Sphaeria maculiformis.

S. epiphylla simplex; sphaerulis subimmersis minutis subrotundis, in maculam nigram inaequalem conglomeratis. Persoon l. c. p. 90.

Habitat in sylvis subhumidis in foliis Tiliae et Acer. Pseudo-platan. passim. Autumno.

1205. Sphaeria punctiformis.

S. simplex epiphylla punctiformis; sphaerulis sparsis collabescendo-umbilicatis subnitidis.

γ. S. ambigua: puncta superficialia plana, maculae albae insidentia, in foliis quercinis aridis parasitica. Persoon l. c. p. 91.

Habitat in sylvis ad folia quercina delapsa frequens. Autumno.

1206. Sphaeria Pustula.

S. sparsa epiphylla pustulaeformis rufescens, intus gelatina compacta nigrescente. Persoon l. c. p. 92.

Habitat in foliis Quercus aridis sat frequens. Autumno.

Obs. An vera sphaeria; nonne potius insectorum puncturis attribuenda?

1207. Sphaeria conica.

S. simplex globifera conico-tomentosa aggregata; globulo spermatico flavo-atrescente. Tode. Persoon l. c. p. 94.

Habitat in ramis putridis Fraxin. excels. rarius. Octobre.

STILBOSPORA.

Sphaerula nulla. Thecae aut Sporulae

(nudae) in materiam nigram e ramis profluentem aggregatae.

1208. Stilbospora sphaerosperma.

S. sporulis minutis globosis. Persoon l. c. p. 97.

Habitat in culmis et foliis Arund. Phragm. siccis frequens. Autumno.

Hysterium.

Receptaculum nullum. Perithecium utplurimum oblongum, rima longitudinali dehiscens.

1209. Hysterium mytilinum.

H. erectum subcompressum sursum dilatatum transversim striatum, basi tereti pedicelliformi. Persoon l. c. p. 97.

Habitat in truncis Pini sylvestr. putridis rarissime. Octobre.

1210. Hysterium globosum.

H. gregarium rotundum laeve nigrum, labiis linea prominente. Persoon l. c. p. 98.

Habitat in cortice arbor. vetust. praecipue Quercuum. rarius. Octobre.

1211. Hysterium pulicare.

H. gregarium oblongum aut ellipticum striatum (nitidum). Persoon ibid.

Habitat in cortice Pini. Alni et Quercus annos. frequens.

1212. Hysterium angustatum.

H. elongatum lineare subparallelum laeviusculum. Persoon l. c. p. 99.

Habitat in sepimentis ligneis antiquis passim.

1213. Hysterium longum.

H. sparsum immersum, ligno prominente cinctum, longissimum, utrinque attenuatum, totum dehiscens. Persoon l. c. p. 99.

Habitat in ligno fagineo fabrefacto vetusto passim.

1214. Hysterium quercinum.

H. erumpens flexuosum subventricosum molle nigrescente-cinereum. Persoon l. c. p. 100.

Habitat in ramulis siccis Quercus frequens.

1215. Hysterium Pinastri.

H. erumpens ovale nigrum nitidum. Schrader Journal für die Botanik. St. 2. p. 68. Persoon l. c. Addend. p. XXVI.

Habitat in foliis Pini sylvest. locis udis frequens.

Xyloma.

Receptaculum (Perithecium) varium durum, intus subcarnosum, clausum remanens, aut vario modo demum ruptum.

* Compositum: pluribus peritheciis in unum corpus connatis. (Majora.)

1216. Xyloma Andromedae.

X. oblongnm crassiusculum costato-rugosum nitidum Persoon l. c. p. 104.

Habitat in paludosis in foliis Andromed. polifol. passim. Autumno.

1217. Xyloma acerinum.

X. maculaeforme tenue contiguum subrugosum. Persoon l. c. p. 104.

Habitat in hortis ad folia viva Acer. Pseudo-Platan. Septembr.

1218. Xyloma rubrum.

X. confertum orbiculare subconfluens rubrum. Persoon l. c. p. 105.

Habitat in hortis in foliis Pruni domestic. semivivis et Pruni spinos. Autumno.

** Simplex: peritheciis solitariis sparsis utplurimum rotundatis, pezizae-aut punctiformibus (Minora.)

1219. Xyloma pezizoides.

X. confertum orbiculare nigrum demum apertum: margine erecto subcrenato: disco pallido. Persoon ibid.

Octospora comitialis Batsch? Timm l. c. p. 262.

Habitat in sylvis supra folia Quercus delapsa frequens. Autumno.

Obs. Dubius haereo an meus fungus (Octosp. comitial. Batschii) idem sit cum jam memorato Persoonii.

1220. Xyloma salignum.

X. gregarium subconfertum orbiculare tenue, disco subconvexum. Persoon l. c. p. 106.

Habitat in foliis Salic. Capr. et acuminat. frequens. Octobr.

1221. Xyloma concentricum.

X. simplex: peritheciis parvis orbicularibus depressis subconicis fuligineo-cinereis concentricis. Persoon l. c. p. 107.

Habitat in foliis adhuc vivis Popul. tremul. frequens. Septbr.

1222. Xyloma alneum.

X. minutum sparsum subrotundum plicatum. Persoon l. c. p. 108.

Habitat in foliis vivis Betul. Alni. Augusto.

1223. Xyloma betulinum.

X. confertum minutum confluens depressum difforme atronitens.

Habitat in foliis delapsis. Betul. alb. frequens. Novembr.

1224. Xyloma ferrugineum.

X. subglobosum minutum rugulosum pallide-fuscum.

Habitat in foliis semivivis Acer. campestr. Octobr.

Obs. Superficiem pronam foliorum Aceris saepe densissime adspersam vidi globulis subrotundis rugulosis, magnitudinem seminis papaveris vix excedentibus, ferrugineis, fuscis et pallide-flavis, nonnullis cavis, plurimis farina alba farctis, quibusdam pezizarum more apertis quasi discoideis. An huc pertineant hi fungilli? judicent peritiores.

TUBERCULARIA.

Recept. subhemisphaericum stipitiforme, aut

nullum. Latex subrotundus compactus utplurimum ruber persistens, humectatus subfluxilis.

1225. Tubercularia vulgaris.

T. gregaria amoene rubra, sulcato-rugosa, receptaculo stipitiformi crasso pallido. Persoon l. c. p. 112.

Sphaeria tremelloides Weigel. Timm l. c. p. 278.

Habitat in virgulis aridis subputridis. frequens. Autumno.

1226. Tubercularia rosea.

T. sparsa libera subdifformis glebulosa, colore roseo. Persoon l. c. p. 114.

Habitat in truncis arborum, praecipue Salicum supra Lichenes frequens. Autumno

Ordo secundus.

Sarcocarpi: Fungi carnosi farcti.

Sclerotium.

Farctum, forma varium, intus laeve similare, externe in nonnullis demum corrugatum.

1227. Sclerotium fungorum.

S. difforme lobatum pallidum, in fungis putrescentibus parasiticum. Persoon l. c. p. 120.

Habitat in nemoribus in fungis putridis passim. Autumno.

1228. Sclerotium Erysiphe.

S. epiphyllum, granulis aggregatis fusco-nigris, tomento albo insidentibus. Persoon l. c. p. 124.

Mucor Erysiphe L. Timm l. c. p. 282.

β. corylea: tomentum tenuissimum fungillis disco impresso subvillosis. Persoon ibid.

Habitat α. in foliis Humul. Lupul. et aliar. plantar. frequens. β. in foliis Coryl. Avellan. ejusdemque ramulis rarius. Autumno.

1229. Sclerotium quercinum.

S. epiphyllum sparsum subhemisphaericum convexum laeve sordide pallidum, subnigrescens. Persoon ibid.

Habitat in foliis Quercus aridis et semivivis sat frequens. Autumno.

Obs. Num potius huc pertineat Octospora comitialis Batschii? Timmii? — vid. Xyloma pezizoides.

1230. Sclerotium populneum.

S. epiphyllum congestum subimmersum incarnato-rufum, demum nigrescens, forma varium, subrotundum aut angulato-confluens. Persoon l. c. p. 125.

Habitat in foliis Popul. tremul. languescentibus copiose. Novembre.

1231. Sclerotium resinosum.

S. convexum subrotundum album subdiaphanum nitens, farina alba resinosa farctum.

β. minus.

Habitat in virgultis Betul. fruticos. et alb. verrucos. frequens.

β. in foliis Betul. alb. delapsis.

Obs. Cuique sat nota sunt puncta illa nitentia alba quae corticem virgultorum Betular. frequenter

incolant, quaeque hujus generis fungilli sub microscopio mihi visa sunt.

Ordo tertius.

Dermatocarpi: Fungi membranacei, coriacei aut villosi, intus pulvere farcti.

† Trichospermi: pulvere seminali filis intertexto.

Geastrum.

Volva tenuis evanescens. Peridii cortice exteriore stellatim fisso, demum reflexo, ore utplurimum piloso.

** Peridio sessili.

1232. Geastrum rufescens.

G. radio multifido rufescenti; peridio sessili glabro pallidiore. Persoon l. c. p. 134.

Habitat in pratis sylvaticis rarius Vere.

Bovista.

Peridium laeve sessile, cortice exteriore albo; Volva (?) demum per partes evanescente, vertice irregulariter rupto.

(Pulvis seminalis fusco-purpureus.)

1233. Bovista nigrescens.

B. major, nigrescente-umbrina, subtus plicata. Persoon l. c. p. 136.

Habitat in pinetis graminosis gregarie. — ad pagum Rowa in den Tannen. Autumno.

Tulostoma.

Peridium pedicellatum, apertum ore cylindrico cartilagineo.

1234. Tulostoma brumale.

T. stipite laeviusculo; peridio globoso: ore plano. Persoon l. c. p. 139.

Habitat in ruderatis sylvaticis passim. — prope Neubr. bei Belvedere, et in pago Krekow supra muros terra tectos. Novembre.

Lycoperdon.

Peridium caulescens, apice demum ruptum; verrucis squamulosis, aut spinulosis obsitum. (Pulvis seminalis viridis.)

1235. Lycoperdon Bovista.

L. magnum obconicum molle pallescente-albidum, subtus plicatum: squamis latiusculis: Persoon l. c. p. 141.

Habitat in graminosis fimetosis ad aedificia frequens. Autumno. — Magnitudine valde varians.

1236. Lycoperdon perlatum.

L. caespitosum umbonatum albidum, caule longiusculo subcylindrico, verrucis compactis rotundis deciduis, in mucronem porrectis. Persoon l. c. p. 145.

L. gemmatum L. Timm l. c. p. 275.

Habitat in sylvis nemorosis frequens. Autumno.

1237. Lycoperdon umbrinum.

L. turbinatum subumbonatum, primo cinereum, de-

mum nigrescente-umbrinum, verrucis tenuibus hirtum. Persoon l. c. p. 147.

Habitat in pinetis gregatim. Autumno.

1238. Lycoperdon pyriforme.

L. caespitosum pyriforme umbonatum fuligineo-pallidum, squamulis tenuissimis, radiculis fibrosis longis. Persoon l. c. p. 148.

Habitat in sylvis nemorosis in truncorum putrid. vicinitate Autumno.

1239. Lycoperdon molle.

L. turbinatum subsolitarium obscure fuligineum molle, spuamulis deciduis pulverulentum. Persoon l. c. p. 150.

Habitat in pascuis sylvaticis passim. Autumno.

SCLERODERMA.

Peridium cortice suberoso duriusculo subtessellato, indeterminatim demum rupto. (Pulvis seminalis purpurascens, fuscus, aut ferrugineus.)

* Caule fisso radicoso.

1240. Scleroderma aurantium.

S. magnum laete flavum radicatum, basi plicatum pertusumque. Persoon l. c. p. 153.

Habitat in nemoribus prope truncos emortuos rarius. Autumno.

Obs. Semel tantum hic fungus mihi occurrit, de quo caeterum dubius haereo. Cel. Persoon enim suum 6. uncias latum dicit, cum contra meus vix nucis avellanae magnitudinem attingat;

sed evidenter immaturum est specimen meum et latere ab insectis erosum.

** Acaulia. (Hypogea.)

1241. Scleroderma cervinum.

S. subterraneum rotundum oblongumque durum granulatum. Persoon l. c. p. 156.

Lycoperdon cervinum Linn. — L. aprugnum Timm l. c. p. 277.

Habitat in pinetis sub terra defossum. — ad pagum Ballin in dem Holz nach Bredenfelde. rarius Autumno.

Lycogala.

Peridium subrotundum, membranaceum laeve, intus primo massa pulposa liquescente, deinde pulvere filis raris intertexto refertum.

1242. Lycogala argentea.

L. pulvinata subhemisphaerica laevis, colore argenteo. Persoon l. c. p. 157.

Habitat in sylvis supra truncos putridos infrequens. Octobre.

1243. Lycogala miniata.

L. gregaria globosa, primo miniata, demum fuscescens, pulvere roseo. Persoon l. c. p. 158.

Lycoperdon epidendrum L. Timm. l. c. p. 275.

L. ferruginosum Batsch? Timm l. c. p. 276.

Habitat in sylvis ad truncos, praesertim Pini putridos frequens. Autumno.

F u l i g o.

Primo pulposa, utplurimum effusa, suddifformis, externe fibroso-duriuscula aut villosa basi membranacea; intus fibroso-cellulosa et pilosa, demum in pulverem fatiscens.

1244. Fuligo rufa.

F. pulvinata rufa, cortice subrugoso fragili subcompacto. Persoon l. c. p. 159.

Habitat in nemoribus, in vicinitate truncor. putrid. rarius. Autumno.

Obs. Fungus vix in statu naturali asservari potest; mox enim in frustula pulverulenta fusco-nigra dilabitur.

1245. Fuligo flava.

F. effusa subrotundaque flava, cortice celluloso-fibroso. Persoon l. c. p. 161.

Habitat in sylvis supra truncos Pini sylvestr. putridos. Autumno.

1246. Fuligo populnea.

F. hemisphaerica pallide-sulphurea, peridio membranaceo rigido laeviusculo foraminuloso.

Fuligo flava β. pallida Persoon ibid.

Habitat in trunco vivo Popul. nigrae ad ramos arefactos rarius. — prope Neubr. am Tollensee. Septbr.

Obs. Haec species, quam Cel. Persoon praecedentis varietatem tantum putat, vere diversa mihi videtur. F. flava enim peridio s. cortice gaudet crustaeformi celluloso fragilissimo; F. populnea autem peridio membranaceo contiguo laeviusculo,

rigido quidem, sed tenuiore nec ita fragili est donata.

1247. Fuligo vaporaria.

F. primo obtecta venosa repens, matura late cespitosa crassa celluloso-fibrosa flavo-cinnamomea. Persoon l. c. p. 161.

Mucor septicus. L. Timm l. c. p. 282.

Habitat in umbrosis ad terram spongiosam Vere et autumno.

Spumaria.

Effusa. Tegumentum (Peridium exterius?) furfuraceo-cellulosum, aut pulveraceum deciduum. Peridium (interius?) persistens ramoso-cornutum aut simplex subrotundum oblongumque.

1248. Spumaria Mucilago.

S. magna alba, peridiis interne ramoso-cornutis. Persoon l. c. p. 163.

Habitat in sylvis umbrosis, ubi singularis hic fungus semel mihi occurrit in ramo dejecto sicco. Primo fluxilis est et acervulo spumae equinae simillimus; post aliquot horas autem spumosa haec massa riget, squamoso-cellulosa evadit et demum in frustula facillime dilabitur, intus gerens corpuscula ramoso-cornuta violaceo-nigra.

Diderma.

Peridium utplurimum duplex! exterius fragile; interius pellucens subdistans. Columella magna subrotunda. Fila parca latentia.

* Peridiis substipitatis.

1249. Diderma vernicosum.

D. stipitatum congestum rufescens ovatum nitidum, stipite brevi laxo albido. Persoon l. c. p. 165.

Habitat in sylvis supra truncos Pini putridos, hujus foliis aliisque quisquiliis innascens. Autumno.

** Peridiis sessilibus.

1250. Diderma ochraceum.

D. sparsum laeve globosum ochraceum. Persoon l. c. p. 166.

Habitat in viis cavis nemorosis, muscis adhaerens rarissime Octobre.

PHYSARUM.

Peridium rigidum simplex, utplurimum rugulosum, subfarinaceum. Fila sparsa, reticulatim utplurimum adnata latentia.

* Acaulia.

1251. Physarum cinereum.

P. sessile ovato-globosum cinereum, intus filis albis reticulatum. Persoon l. c. p. 170.

Habitat in cortice demortuo truncorum, prae aliis Pyri communis in hortis Octobre.

** Stipitata.

1252. Physarum squamulosum.

P. sparsum stipitatum; peridio orbiculari cinereo: cortice in squamulas concolores soluto; stipite rufescente. Persoon l. c. p. 174.

Habitat in sylvis ad ligna putrida fere soluta, rarius. Augusto.

1253. Physarum farinaceum.

P. stipitatum; peridii cortice tenuissimo farinoso-villoso cinereo. Persoon l. c. p. 174.

Habitat in sylvis ad folia Pini putrida frequens. Septembr.

Trichia.

Peridium inaequaliter demum ruptum, persistens. Capillitium compactum, peridio basi adnatum, elastice sese expandens.

* Peridiis turbinatis s. pyriformibus.

1254. Trichia rubiformis.

T. stipitata fasciculata chalybea nitida; stipitibus connatis subpedatis brevioribus. Persoon l. c. p. 176.

Lycoperdon vesparium Batsch. Timm l. c. p. 276.

β. pulverulenta: minor rubella, pulvere rubiginoso adspersa. Persoon ibid.

Habitat α. et β. in sylvis ad truncos putridos et muscos. Autumno.

1155. Trichia clavata.

T. gregaria stipitata flava nitida, stipite longiusculo deorsum attenuato. Persoon l. c. p. 178.

Habitat ad truncos Pini putridos et in muscis. Julio. Augusto.

** Peridiis rotundis aut reniformibus.

1256. Trichia nitens.

T. congesta sessilis rotunda nitente-flava, aut cinnamomea. Persoon l. c. p. 180.

Lycoperdon favogineum Batsch Timm l. c. p. 276.

Habitat in sylvis, in truncis et ramis putridis. Octobre.

Variat. colore opaco, et vividiore nitente.

Obs. Cel. Persoon l. c. hunc fungum ait in truncis pineis opaciore — in truncis fagineis vividiore atque nitente colore gaudere, quod autem plane inverso modo reperi.

1257. Trichia varia.

T. sparsa flavescens; peridiis decumbentibus reniformibusque: nonnullis subrotundis. Persoon l. c. p. 181.

β. rufescens ibid.

Habitat α. et β. in sylvis, in cortice ligni dejecti rarissime. Septembre.

Arcyria.

Peridium ad dimidium evanescens. Capillitium denudatum, receptaculo calyculato impositum.

1258. Arcyria flava.

A. parca flava; capillitio longissime nutante. Persoon l. c. p. 184.

Habitat in sylvis ad ligna dejecta rarius. Augusto.

1259. Arcyria cinerea.

A. gregaria albido-cinerea. Persoon ibid.

Habitat in sylvis ad ligna dejecta putrida rarissime. Augusto.

1260. Arcyria incarnata.

A. congesta, sordide carnea; capillitio deciduo. Persoon l. c. p. 185.

Habitat in sylvis nemorosis ad ligna pinea putrida. Septembre.

1261. Arcyria punicea.

A. congesta, croceo-punicea. Persoon ibid.

Clathrus denudatus. L. Timm l. c. p. 264.

Habitat in sylvis ad truncos Pini cariosos frequens. Autumno.

Stemonitis.

Peridium tenuissimum, subevanescens. Capillitium reticulatum subcompactum, Stilydium cingens eique adfixum.

* Capillitio elongato.

1262. Stemonitis typhina.

S. sparsa minor; capillitio cylindrico obtuso subincurvo. Persoon l. c. p. 187.

Habitat in sylvis ad ligna putrida rarius. Augusto.

1263. Stemonitis fasciculata.

S. cespitosa major; capillitio subattenuato, cortice toto evanescente. Persoon ibid.

Clathrus nudus. L. Timm l. c. p. 264.

Habitat in lignis truncisque putridis frequens. Augusto.

** Capillitio rotundato.

1264. Stemonitis ovata.

S. capillitio laxo subovato, stylidium ad dimidium fere penetrante. Persoon l. c. p. 189.

Habitat in nemoribus ad ligna putrida rarius. Octobre.

Cribraria.

Peridium tenuissimum, aut totum, aut ad dimidium evanescens. Capillitium filis reticulatis cancellatum. Pulverem congestum ambiens.

* Peridio demum toto evanescente.

(Dictidia Schrader.)

1265. Cribaria cernua.

C. fusco-purpurea, stipite elongato, capillitio umbilicato globoso denudato cernuo. Persoon l. c. p. 189.

Habitat ad arborum caudices, muscis adhaerens; nec non ad ligna dejecta, rarius quoque ad terram. Octobre.

Obs. Capillitium in meis potius obovatum est quam globosum; peridium tamen ex toto evanuit, et stipes ratione longus flexuosus tenuis est.

1266. Cribraria coccinea.

C. rubra, stipite breviusculo, capillitio globoso erecto. Persoon l. c. p. 190.

Habitat in truncis Pini cariosis, rarius. Septbr.

†† Gymnospermi: pulvere nudo, filis non reticulato.

Tubulina.

Peridia tubuliformia, in cespitulum connata, mem-

membranae subjacenti utplurimum imposita. Pulvis nudus farinaceus.

1267. Tubulina fragiformis.

T. suborbicularis, primo rubra, dein ferruginea; tubulis subincrassatis apice distinctis. Persoon l. c. p. 198.

Habitat in sylvis supra truncos Pini putridos rarius. Septbr.

Mucor.

Peridium membranaceum globosum stipitatum primo subaquosum pellucidum, dein opacum. Sporulae nudae subcohaerentes.

(Fungilli fugaces.)

* Stipite racemoso.

1268. Mucor Aspergillus.

M. stipite filiformi dichotomo; capitulis terminalibus subconjugatis oblongis. Persoon l. c. p. 200.

Habitat ad agaricos domi asservatos subputrescentes. Autumno.

** Stipite simplici.

1269. Mucor Mucedo.

M. stipite simplici; peridio inflato nigrescente-griseo: ore rotundo, circa stipitem dehiscente. Persoon l. c. p. 201.

Habitat in pomis aliisque fructibus putridis. Autumno.

1270. Mucor caninus.

M. congestus byssoideus albus; peridiis minutis lutescentibus. Persoon ibid.

Habitat in stercore canino in humidis inter gramina. Autumno.

1271. Mucor Herbariorum.

M. acaulis flavescens persistens, peridiis globosis tomento insidentibus. Persoon l. c. p. 202.

Habitat in foeno et plantis asservatis, loco humido positis sat frequens. Aestate pluviosa.

ONYGENA.

Peridium stipitatum, subrotundum siccum persistens. Pulvis compactus cohaerens, filis nullis intertextus.

1272. Onygena equina.

O. gregaria, albido-pallescens; peridio orbiculari glabro rugoso subfurfuraceo. Persoon l. c. p. 203.

Habitat in sylvaticis humidiusculis ad ungula equina rarius. — prope Neubr. auf dem Anger am Trollenhagen. Berg. sero Autumno.

AECIDIUM.

Peridia (acaulia) manifesta, teretia, membranacea, ore dentato demum rupta. Pulvis farinaceus nudus. (In foliis parasiticum.)

* Cespitosum: peridiis in cespitulum aggregatis et maculam crustaeformem in foliis efficientibus.

1273. Aecidium cornutum.

A. flavescens; peridiis longissimis curvatis olivaceo-griseis. Persoon l. c. p. 205.

Habitat in foliis Sorb. Aucupar. languescentibus frequens. Augusto.

1274. Aecidium cancellatum.

A. tuberculatum spadiceum; peridiis in lacinias apice cohaerentes demum fissis. Persoon ibid.

Lycoperdon cancellatum L. Timm l. c. p. 275.

Habitat in foliis vivis Pyri commun. frequens in hortis. Octobre.

1275. Aecidium Oxyacanthae.

A. inaequale applanatum ferrugineum; peridiis in lacinias divergentes ad basin fissas. Persoon l. c. p. 206.

Habitat in sylvis nostris frequens ad folia Crataegi oxyacanthae adhuc vivis. Septembre.

1276. Aecidium Rhamni.

A. cespitosum roseum; peridiis elongatis subdivergentibus, demum expallidis. Persoon ibid.

Habitat in foliis vivis Rhamn. cathart. passim. Autumno.

1277. Aecidium Rumicis.

A. confertum subconfluens cespitosum orbiculare rubrum; peridiis pulvereque albidis. Persoon l. c. p. 207.

β. Aecidium Grossulariae: solitarium cespitosum macula subinaequalis rubra, margine peridiisque pallidis. Persoon ibid.

Habitat α. in foliis Rumic. obtusifol. cet. — β. in foliis Ribis Grossular. in sylvatic. rarius. Aestate.

Obs. In plurimis Rumicis speciebus observatur hic

fungillus, sed rarissime cum peridiis perfecte evolutis. — Varietas β. meliori jure propria species esset salutanda.

1278. Aecidium Pyrolae.

A. cespitosum orbiculare purpureum; peridiis pallide-flavis maculae purpureae insidentibus; pulvere aurantiaco.

Habitat in foliis Pyrol. rotundifol. Julio.

Obs. Simile Aecidio Rumicis, differt tamen ab eo: peridiis haud ita arcte congestis flavescentibus et pulvere seminali aurantiaco. — In eodem folio saepe observantur peridia solitaria, nulli maculae insidentia, per totam folii superficiem dispersa.

1279. Aecidium verrucosum.

A. cespitosum difforme subconfluens purpureum; peridiis fusco-flavescentibus maculae purpureae insidentibus; pulvere badio conglomerato indurato.

Habitat in foliis atque petiolis Glechom. heder. Octobre.

Obs. Peridia mox ex toto evanescunt, pulvere tunc indurato compacto verrucas fusco-nigricantes efficiente.

1280. Aecidium Lychnidis.

A. cespitosum orbiculare conglomeratum confluens; peridiis tenuissimis albis, maculae flavescenti insidentibus; pulvere luteo-fusco grumoso nitente.

Habitat in foliis Lychnid. sylvestr. Septbr. — Peridia in ambitu maculae plerumque solitaria rotunda; in centro plura coalescunt et ita corpus verrucaeforme constituunt.

1281. Aecidium crassum.

A. subeffusum crassum flavo-aurantium. Persoon l. c. p. 208.

Habitat ad nervos folior. Rhamni catharct. et in petiolis.

1282. Aecidium Tussilaginis.

A. macula purpurascente-flava; peridiis immersis, cespitulo plano. Persoon l. c. p. 209.

Lycoperdon epiphyllum. L. Timm. l. c. p. 276.

Habitat in foliis Tussilag. Farfar. frequens. Septbr.

1283. Aecidium Berberidis.

A. cespitosum orbiculare parvum convexum; peridiis subelongatis flavis. Persoon ibid.

Habitat in hortis in foliis Berberid. vulg. frequens. Septbr.

1284. Aecidium Orobi tuberosi.

A. cespitosum ovatum albidum; peridiis flavescentibus. Persoon l. c. p. 210.

Habitat in foliis Orobi tuberosi rarius. Aestate.

** Peridiis sparsis, crusta quadam distincta non conjunctis. (Simplex.)

1285. Aecidium Euphorbiae.

A. simplex confertum; peridiis cylindricis pallidis: ore reflexo, pulvere aurantio. Persoon l. c. p. 211.

Habitat in foliis Euphorb. Cypariss. passim. Aestate.

1286. Aecidium Sii Falcariae.

A. simplex subconfertum flavum; peridii dentibus latiusculis suberectis. Persoon l. c. p. 212.

Habitat in foliis Sii Falcar. passim. Augusto.

1287. Aecidium Anemones.

A. simplex sparsum; peridiis cylindricis prominulis pallidis utplurimum dentatis, pulvere albo ex toto repletis. Persoon l. c. p. 212.

Habitat in foliis Anemon. nemoros. frequens. Aestate.

1288. Aecidium punctatum.

A. simplex sparsum; peridiis subimmersis: ore subconnivente, pulvere compacto fuscescente. Persoon ibidem.

Habitat in foliis Anemon. Ranuncul. rarius. Aestate.

1289. Aecidium Lapsanae.

A. simplex sparsum; peridiis tenuissimis flavescentibus involutis; pulvere fusco-lutescente.

Habitat in foliis Laps. commun. locis umbrosis frequens. Aestate.

1290. Aecidium argentatum.

A. simplex sparsum difforme peridiis tenuissimis argentato-nitentibus, pulvere badio.

Habitat in foliis languescentibus Viol. canin. et Impat. Noli tangere. Septembre.

1291. Aecidium Menthae.

A. simplex sparsum; peridiis ochraceis rugulosis, pulvere fusco-nigricante.

Habitat in foliis Menth. aquat. frequens. Septembre.

Obs. Non est Puccinia Menthae Persoonii; nam vera peridia adsunt.

Uredo.

Peridium nullum. Pulvis nudus detergibilis. Sporulae uniformes plerumque globosae.

* Pulvere flavescente. (Rubigo.)

1292. Uredo Euphorbiae Helioscopiae.

U. sparsa subglobosa prominens flava. Persoon l. c. p. 215.

Habitat in foliis Euphorb. Heliosc. frequens. Septembre.

1293. Uredo Rosae centifoliae.

U. conferta flavescens basi plana effusa, cespitulis orbicularibus. Persoon l. c. p. 215.

Habitat in foliis Rosae centifol frequens. Septbr.

1294. Uredo Sonchi arvensis.

U. conferta subconfluens fulva, cespitulis planiusculis irregularibus. Persoon l. c. p. 217.

Habitat in foliis Sonch. arvens. frequens. Augusto.

1295. Uredo farinosa.

U. confluens farinosa ochracea. Persoon ibid.

Habitat in foliis Salic. Capr. et Popul. tremul. Septembr.

1296. Uredo Rubi fruticosi.

U. minuta subglobosa pulverulenta aurea. Persoon l. c. p. 218.

Habitat in foliis Rubi fruticos. frequens. Septembre.

1297. Uredo Tussilaginis.

U. punctis subconcentricis miniato-rubris. Persoon ibid.

Habitat in aversa pagina folior. Tussil. Farfar. Septembre.

Obs. Fungillus omnino diversus ab Aecid. Tussilaginis supra indicato.

1298. Uredo populina.

U. β. betulina: conferta lutescens minuta rotunda clausa. Persoon l. c. p. 219.

Habitat in foliis semivivis Betul. alb. Septembre.

** Pulvere bruneo, badio, spadiceo, aut subnigrescente. (Nigredo.)

1299. Uredo suaveolens.

U. confluens odorata inaequalis, pulvere dilute fusco-purpureo. Persoon l. c. p. 221.

Habitat in foliis semivivis Serratul. arvens. passim. Augusto.

1300. Uredo Viciae Fabae.

U. conferta orbicularis subeffusaque depressa, pulvere fusco-spadiceo. Persoon ibid.

β. sublinearis effusa. ibid.

Habitat α. in foliis, β. in stipitibus Viciae Fabae frequens. Septembre.

1301. Uredo appendiculata.

U. badia; sporulis rotundis caudatis. Persoon ibid.

β. Uredo Phaseoli: conferta subconfluens badia pulvinata inquinans. ibid.

Habitat in foliis vivis Phaseol. commun. frequens. Septembr.

1302. Uredo Anemones.

U. majuscula depressa, folii epidermide rima longitudinali dehiscente, pulvere copioso nigro. Persoon l. c. p. 223.

Habitat in foliis Anemon. nemoros. frequens Vere.

*** Pulvere albo. (Albugo.)

1303. Uredo candida.

U. effusa candida. Persoon l. c. p. 223.

α. U. Thlaspeos: magna, pulvere copioso, erumpente. Persoon ibid.

β. U. Tragopogi: minor inaequalis depressa, pulvere latente. Persoon ibid.

Habitat α. in foliis et stipitibus Thlasp. Burs. Pastor. Majo.

β. in foliis atque stipitibus Tragopog. pratens. Septembre.

**** Pulvere nigrescente aut fusco, in plantarum fructificationibus parasitico. (Ustilago.)

1304. Uredo segetum.

U. pulvere copioso nigro in graminum spiculis s. glumis proveniente. Persoon l. c. p. 224.

α. U. Hordei: pseudo-peridio subelliptico ruguloso, pulvere latente. ibidem.

β. U. Tritici: subeffusa. ibid.

γ. U. Avenae: effusa fluctuans. ibid.

ε. U. decipiens: pulvere loco seminum glumis incluso latente. ibid.

Habitat intra glumas graminum indicatar. frequens. Aestate.

Obs. Varietas γ. quoque in glumis Avenae elatioris mihi obvia fuit. — Var. ε. in glumis caric. ripar. reperi; nec equidem determinare queo an forte alius atque diversus sit hic meus fungillus, qui figura exacte globosa et magnitudine pisi minoris in capsula seminali caricis nidulat; ab initio plane occultatus, demum rupta capsula protrusus, substantia indurata nigra, extus quasi cuticula nivea circumdatus.

PUCCINIA.

Peridium nullum. (Sporulae (?) in cespitulum conglomeratae, e tereti subturbinatae, caudatae, septulis distinctae. In foliis plerumque parasitica.

1305. Puccinia Anemones.

P. sparsa subparallela spadicea inquinans, sporulis uno septulo medio constrictis, utrinque rotundatis. Persoon l. c. p. 226.

Habitat in foliis Anemon. nemoros. infrequens. Aestate.

1306. Puccinia Polygoni amphibii.

P. opaca spadicea depressa, sporulis oblongo-ovatis in caudam tenuem attenuatis. Persoon l. c. p. 227.

Habitat in foliis Polygon. amphib. var. terrestr. frequens. Septbr.

1307. Puccinia polygoni avicularis.

P. sublinearis sparsa spadicea, sporulis globosis. Persoon ibid.

Habitat in foliis caulibusque Polygon. avicular. in agris post messem frequens.

1308. Puccinia Circaeae.

P. sparsa verrucaeformis badia; sporulis ovato-acutis. Persoon l. c. p. 228.

Habitat in foliis Circaeae lutet. in sylvis, infrequens. Aestate.

1309. Puccinia Graminis.

P. conferta linearis nigrescens; sporulis subturbinatis medio constrictis. Persoon ibid.

Habitat in foliis et culmis diversor. gramin. Septembr.

1310. Puccinia mucronata.

P. conferta nigra; sporulis stipitatis cylindricis mucronatis. Persoon l. c. p. 231.

α. Puccinia Rosae: sporulis crassiusculis obtusis in Uredine Rosae parasiticis. ibidem.

β. Puccinia Rubi: congesta, villo nigro similis, sporulis subattenuatis. ibid.

Habitat α. in foliis Rosae centifol. et rubiginos. β. in foliis Rubi idaei et R. corylifol. Septembre.

1311. Puccinia violacea.

P. cespitosa conferta orbicularis violacea, sporulis erectis conglobatis subsessilibus, maculae purpureae insidentibus.

Habitat in foliis vivis Rubi fruticos. Linn. frequens.

Obs. Haec species procul dubio diversa est a P. mucronata, var. β. quae in foliis Rub. idaei

et corylifol. (Smith.) provenit. Hujus sporulae tenuiores, stipitati, in folii tota superficie dispersi sunt. In nostra autem sporulae sunt crassiores subsessiles, densissime congestae in cespitulos solitarios orbiculares fusco-violaceos, in folii aversa pagina maculas purpureas efficientes.

††† Sarcospermi: fructibns luculentis carnosis.

Cyathus.

Recept. infundibuliforme, aut cupulare coriaceum, primo velo s. epiphragmate clausum, vesiculas (copiosas) lentiformes intus fovens.

1312. Cyathus striatus.

C. hirsutus spadiceus interne striatus. Persoon l. c. p. 237.

Peziza striata. L. Timm l. c. p. 280.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram et truncos putridos. frequens. Autumno.

1313. Cyathus Olla.

C. externe cinereus aut fuscescens subtomentosus, interne laevis plumbeo-lividus. Persoon ibid.

α. Cyathus nitidus. ibid.

Peziza lentifera. L. Timm l. c. p. 280.

Habitat in trabibus subputridis, rarius. Autumno.

1314. Cyathus Crucibulum.

C. subcylindricus induratus subtomentosus ochraceus. Persoon l. c. p. 238.

Peziza Pyxis Batsch. Timm l. c. p. 280.

Habitat in lignis emortuis, Salicibus cavis infrequens. Autumno.

Classis II. Gymnocarpi.

Fungi carnosi, Semina (parca) in receptaculo (Hymenio) aperto gerentes.

Ordo quartus.

Lythothecii: Membrana fructificans s. hymenium in laticem (gelatinam) demum solutum.

Phallus.

Volvatus. Pileus ovatus stipiti insidens, integer, latice diffluente obtectus.

* Pileo cellulis reticulato.

1315. Phallus impudicus.

P. stipite cribroso subobliquo, pileo celluloso pervio. Persoon l. c. p. 243.

Habitat in sylvis umbrosis subhumidis rarius. — In der Heide bei Mildenitz. Septembre.

Ordo quintus.

Hymenothecii. Hymenium membranaceum indissolubile, sporulis pulverulentum.

† Agaricoidei: Hymenio lamelloso aut venoso.

Amanita.

Volvata. Pileus carnosus, utplurimum verrucosus. Lamellae confertae subintegrae. Stipes utplurimum elongatus, annulatus, aut nudus.

** Stipite basi volva manifesta laxa, apice annulo instructo.

1316. Amanita citrina.

A. pileo glabro citrino: lemellis stipiteque albis.

β. Amanita Mappa: pileo flavescente verrucis fuscescentibus variegato. Persoon l. c. p. 257.

Habitat in sylvis nemerosis passim. — ad pagum Stolpe in der Heide nach Bredenfelde. Septembre.

*** Stipite basi volva obliterata, apice annulo cincto, verrucis in pileo minoribus aequalibus. (Myoperda.)

1217. Amanita muscaria.

A. pileo aurantio-rubro nitido planiusculo, verrucis lamellis stipiteque candidis. Persoon l. c. p. 253.

Agaricus muscarius. L. Timm l. c. p. 264. Bolton Geschichte der merkwürdigsten Pilze. T. I. p. 48. Tab. XXVII.

Habitat in sylvis nemorosis atque pinetis ubique. Autumno.

1318. Amanita umbrina.

A. pileo planiusculo e fuligineo subspadiceo, verrucis lamellis stipiteque albis. Persoon l. c. p. 254.

Habitat in nemoribus elatioribus passim. — In der Stolper Heide. Septembre.

Agaricus.

Evolvatus. Pileus rarius. Lamellae aut integrae, aut breviores intermixtae, rarius simpliciter ramosae (nec venosae.)

Sect. I. Lepiota; lamellae exsuccae s. arescentes, nec nebulosae s. fuliginosae; stipite annulato.

1319. Agaricus procerus.

A. magnus, pileo carnoso umbonato squamoso rufescente cinereo: lamellis remotissimis albidis; stipite bulboso longissimo; annulo mobili. Persoon l. c. p. 257.

Agaricus annulatus. Bolton l. c. Tab. XXIII.

Habitat in nemoribus frequens. Autumno.

1320. Agaricus cristatus.

A. stipitatus pileo lacero plumoso, lamellis trifidis stipite fistuloso. Bolton l. c. Tab. VII.

A. colubrinus. γ. A. cristatus Persoon l. c. p. 259.

Habitat in hortis et sylvis infrequens. Septembre.

1321. Agaricus granulosus.

A. subgregarius pileo subcarnoso umbonato ferrugineo: lamellis confertis plerumque pallidis; stipite squamoso annulato. Persoon l. c. p. 264.

A. croceus. Bolton Tab. 51. fig. 2.

Habitat in nemoribus atque pinetis frequens. Autumno.

1322. Agaricus polymices.

A. cespitosus congestus, pileo umbonato piloso-squamoso ochraceo-fuligineo: lamellis subdecurrentibus albidis pallescentibus; stipite annulato conico olivaceo cinereo. Persoon l. c. p. 269.

Habitat in sylvis nemorosis in truncor. vicinitate frequens. Autumno.

1323. Agaricus caudicinus.

A. cespitosus, pileo subcarnoso umbonato glabro cinnamomeo: lamellis subdecurrentibus pallide

ferrugineis, stipite squamoso subtenui cylindrico. Persoon l. c. p. 271.

Habitat in nemoribus ad truncos caesos putridos frequens. Septembre.

Sect. 2. Cortinaria: Pileo utplurimum carnoso, lamellis emarginatis plerumque unicoloribus, demum cinnamomeis; stipite (multis bulboso) cortinato, s. velo in fila araneosa soluto.

* Color violaceus.

1324. Agaricus violaceus.

A. stipitatus pileo rimoso, margine violaceo tomentoso, stipite caerulescente, lana (cortina) ferruginea. L. Persoon l. c. p. 277. Bolton Tab. 52.

Habitat in nemorosis passim. — Im Nemerow. Holz. Octobre.

* 6. Colore plus minusve purpurascente, livido rubro, sanguineo aut subcinnabarino.

1325. Agaricus viscidus.

A. gregarius, pileo carnoso, primum convexo, deinde depresso gelatinoso fusco-purpureo: lamellis decurrentibus ramosis subcinereis; stipite deorsum incrassato, basi intusque flavo: cortice nigrescente. Persoon l. c. p. 291.

Habitat in pinetis et sylvis apertis frequens. Autumno.

* 7.

* 7. Pileo flavo, ferrugineo cinnamomeo aut spadiceo.

1326. Agaricus vaccinus.

A. gregarius, pileo carnoso hemisphaerico umbonato piloso-squamoso rufo: lamellis albidis pallescentibus; stipite cavo longo subfibrilloso. Persoon l. c. p. 293.

Habitat in pinetis frequens. — prope Neubr. in den Rowa. Tannen. Septembre.

1327. Agaricus croceus.

A. gregarius minor, pileo subcarnoso umbonato subtomentoso fulvo-cinnamomeo opaco: lamellis flavo-croceis; stipite subtenui fibrilloso lutescente: cortina fugaci. Persoon l. c. p. 297.

A. cinnamomeus Bolton. Tab. 150.

Habitat in pinetis infrequens. Autumno.

Sect. 3. Gymnopus: pileo carnoso integro convexo; lamellis unicoloribus arescentibus; stipite centrali nudo, s. annulo et cortina destituto.

1328. Agaricus pratensis.

A. fulvo-rubescens subdurus, pileo campanulato s. obtuse umbonato aut planiusculo glabro: lamellis crassis distantibus decurrentibus; stipite brevi subtenui deorsum attenuato. Persoon l. c. p. 304.

A. fulvus Bolton Tab. 56.

Habitat in pascuis sylvaticis infrequens. — prope pagum Jatzke in der Pferdekoppel. Autumno.

1329. Agaricus rimosus.

A. pileo conico longitudinaliter rimoso subrufescente: lamellis latiusculis olivaceo-argillaceis margine albidis; stipite squamuloso farinaceo pallescente. Persoon l. c. p. 310.

A. aurivenius Batsch Elench. Fungor. fig. 107.

Habitat in nemorosis rarius. — prope Neubr. im Nemerow. Holz. Octobre.

1330. Agaricus velutipes.

A. cespitosus, pileo subcarnoso repando glabro brunneo: lamellis ventricosis lutescentibus; stipite tomentoso nigrescente-badio. Persoon l. c. p. 314. Bolton Tab. 135.

Habitat ad Salic. truncos rarius vere.

1331. Agaricus fustibilis.

A. cespitosus, pileo carnoso lateritio-rufo, aut pallido opaco flexuoso: lamellis aquose-cinnamomeis; stipite crasso fibrilloso albido. Persoon l. c. p. 326.

A. lateritius Batsch Elench. Fung. Cont. II. fig. 195.

Habitat in pinetis passim. — In den Rowa. Tannen. Autumno.

1332. Agaricus coccineus.

A. gregarius, totus coccineus, pileo submembranaceo convexo subviscoso: lamellis distantibus dentatim connexis; stipite cavo subcompresso. Persoon l. c. p. 334.

A. rubens? Bolton. Tab. 36.

Habitat in pinetis graminosis frequens. Octobre.

1333. Agaricus aurantius.

A. stipitatus, pileo convexo viscido aurantio: lamellis luteis; stipite nudo. Bolton Tab. 67. f. 2.

A. conicus δ. Persoon l. c. p. 335.

Habitat in pascuis sylvaticis rarius. — ad pagum Eichhorst am Wege nach Kuhblank. Septembre.

1334. Agaricus nebularis.

A. gregarius firmus, pileo pulvinato umbonato cinereo-livido: lamellis confertis subdecurrentibus pallescente-albis; stipite solido subbulboso cinereo-albido. Persoon l. c. p. 349.

A. mollis Bolton l. c. Tab. 40.

Habitat in pinetis apertis frequens. — prope Friedland am Wege nach Lübbersdorf. Autumno.

* 7. Color, praesertim pilei, albus.

1335. Agaricus albus.

A. totus albus subsolitarius, pileo carnoso convexo: lamellis distinctis; stipite crasso brevi subadscendente, basi subattenuato. Persoon l. c. p. 363.

A. virgineus Batsch El. Fung. f. 12.

Habitat in ericetis sylvaticis infrequens. — Im Sponholz. Gehölz. Autumno.

1336. Agaricus eburneus.

A. gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso convexo-plano margine laevi: lamellis subdistantibus, parum decurrentibus; stipite longo apice squamuloso. Persoon l. c. p. 363.

Habitat in sylvis nemorosis graminosis frequens. Autumno.

1337. Agaricus confluens.

A. cespitosus albus, pileo obtuse umbonato: lamellis confertis angustis; stipite cavo pulverulento-tomentoso rufescente. Persoon l. c. p. 368.

A. tremulus Batsch El. Fung. f. 104.

Habitat in pinetis apertis in truncor. putrid. vicinitate passim. — In den Rowa. Tannen. Octobre.

1338. Agaricus tuberosus.

A. gregarius parvus albidus, pileo convexo papillato, stipite brevi subrufescente tuberibus innato. Persoon l. c. p. 374.

Agaricus Amanita Batsch. Cont. 1. f. 93.

Habitat in nemorosis humidiusculis passim. — prope Neubr. im Nemerow. Holz. Octobre.

1339. Agaricus ramealis.

A. gregarius parvus subpersistens, pileo subcarnoso hemisphaerico albido: disco rufescente; lamellis confertis, stipite incurvo pulveraceo. Persoon l. c. p. 375.

Habitat in nemoribus ad ramos dejectos frequens. Septembre et Octobre.

Sect. 4. Mycena: tenelli, minores, pileo plerumque membranaceo et striato pellucido convexo persistente; lamellis arescentibus unicoloribus; stipite utplurimum fistuloso, elongato nudo.

1340. Agaricus alliaceus.

A. solitarius graveolens, pileo campanulato mem-

branaceo fuscescente: lamellis distinctis albidis; stipite longo nigrescente-glauco subradicato, basi strigosa. Persoon l. c. p. 374.

Habitat in sylvis humidiusculis inter folia frequens. Octobre.

1341. Agaricus citrinellus.

A. gregarius minutus, pileo striato hemisphaerico papillato stipiteque brevi basi piloso citrino; lamellis subventricosis uncinatis albidis. Persoon l. c. p. 384.

Habitat in pinetis humidis ad folia putrescentia. Autumno.

1342. Agaricus hypnorum.

A. tenerrimus parvus totus ochraceo-ferrugineus, pileo campanulato sulcato; lamellis distantibus latiusculis, stipite mediocri. (?) Persoon l. c. p. 385. Batsch. Cont. 1. f. 96.

Habitat in nemorosis inter muscos frequens. Autumno.

1343. Agaricus Clavus.

A. gregarius minutus, pileo subcarnoso papillato aurantio aut rubescente; lamellis latiusculis stipiteque tenui albis. Persoon l. c. p. 392. Bolton l. c. Tab. 39. f. 13.

Habitat in sylvis nemorosis ad ramulos et folia putrida infrequens. Autumno.

1344. Agaricus roseus.

A. gregarius parvus roseus; pileo campanulato papillato stipite filiformi pallescente. Persoon l. c. p. 393.

1345. Agaricus vulgaris.

A. gregarius confertus parvus, pileo papillato demum subumbilicato subviscoso-cinereo: lamellis albidis uncinatis; stipite viscoso crassiusculo. Persoon l. c. p. 394.

Habitat in pinetis densis humidis frequens. Autumno.

1346. Agaricus corticola.

A. minutus sparsus fuscescens, pileo hemisphaerico subplicato: lamellis uncinato-adnexis albidis; stipite breviusculo incurvo. Persoon l. c. p. 395.

Habitat in hortis in rimis cort. Pini commun. et Salic. frequens. Autumno et vere.

Sect. 5. Coprinus: Pileus membranaceus fugax, aut subcarnosus demum lacerus. Lamellae deinde nigrescente-liquescentes. Stipes albidus, annulatus aut nudus.

* Membranacei, fere toti deliquescentes, lamellis tenuissimis.

1347. Agaricus comatus.

A. gregarius, pileo conico squamoso albido: squamis flavescentibus: lamellis congestis primo albido-purpurascentibus; stipite longissimo, annulo mobili. Persoon l. c. p. 395.

A. fimetarius autorum.

Habitat in agris incultis et hortis frequens. Septembre.

1348. Agaricus plicatus.

A. cespitosus, pileo campanulato plicato fuscescente-cinereo, apice squamuloso, margine demum re-

voluto: lamellis confertis latis primo purpurascente-fuscis pruinatis. Persoon l. c. p. 396.

Habitat in graminosis ad sepes et in pascuis passim. Autumno ineunte.

1349. Agaricus cinereus.

A. pileo conico sulcato subtomentoso cinereo, apice laevi livido, margine demum lacerato inflexo; lamellis linearibus punctatis subflexuosis; stipite longo squamuloso. Persoon l. c. p. 308.

Habitat in hortis et sylvis ad arbor. radic. putrid. Autumno.

1350. Agaricus ferrugineus.

A. cespitosus, pileo campanulato sulcato ferrugineo: lamellis nitentibus, primo roseis, dein cinereis tandem nigrescentibus. Persoon l. c. p. 400.

Habitat ad truncos putridos Salic. et in sylvis frequens. Septembre.

1351. Agaricus disseminatus.

A. congestus parvus fugax, pileo semiovali striato-plicato, primum subochraceo, dein griseo: lamellis distinctis semiadnexis albido-fuscescentibus; stipite utplurimum incurvo. Persoon l. c. p. 403.

Habitat in salicibus cavis frequens Augusto. Septembre.

1352. Agaricus domesticus.

A. pileo campanulato obtuso undulato sulcato fuligineo: squamulis furfuraceis; lamellis confertis linearibus primo caesio-rubris, dein brunneis nigricantibus. Persoon l. c. p. 404. Bolton l. c. Tab. 26.

Habitat in cellis ad trabes putridas passim. Autumno. Vere.

1353. Agaricus narcoticus.

A. pileo convexo cinereo, plicis densis bifidis distinctis plicato, vertice integro; stipite subulato; lamellis rarioribus integris et dimidiatis alternis. Persoon l. c. p. 405. Batsch Cont. 1. f. 77.

Habitat in nemorosis graminosis infrequens — prope Neubr. im Nemerow. Holz. Octobre.

** Subcarnosi, lamellis demum nigro-fuliginosis, maculato-nebulosis.

1354. Agaricus semiglobatus.

A. pileo carnoso hemisphaerico subviscoso flavescente: lamellis latissimis horizontalibus nigrescente-nebulosis; stipite longo annulato. Persoon l. c. p. 407. Batsch El. Fung. Cont. 1. fig. 110.

Habitat in graminosis stercoratis rarius. Septembre.

1355. Agaricus papilionaceus.

A. pileo subcarnoso campanulato fuligineo (subnigrescente): lamellis totis adnexis cinereo-nigroque variis, margine albidis; stipite apice sulcato atro-pulverulento. Persoon l. c. p. 410.

A. corbonarius Batsch El. Fung. f. 6.

Habitat in pinetis apertis infrequens. — ad pagum Lübbersdorf. Octobre.

1356. Agaricus varius.

A. parvulus, pileo campanulato nitido pallido et livido vario: lamellis variegatis adscendentibus;

stipite tenui rufescente subtenaci. Persoon l. c. p. 414. Bolton l. c. Tab. 66. fig. 1.
Habitat in pascuis graminosis passim. Octobre.

1357. Agaricus aquosus.

A. stipitatus, pileo campanulato obtuso fusco-flavescente: lamellis atro-griseis; stipite fistuloso griseo villoso. Bolton l. c. Tab. 71. fig. 1.
Habitat in sylvaticis ad radices putrid. arbor. passim. Autumno.

Sect. 6. Pratella: pileo carnoso aut submembranaceo laevi persistente; lamellis subnebulosis, demum atro-inquinantibus aut unicoloribus subaquosis, pulvere seminali demum obscurioribus; stipite annulato aut nudo.

* Pileo carnoso, stipite annulato.

1358. Agaricus edulis.

A. gregarius magnus, pileo candido laevi aut obsolete squamoso: lamellis rubris; stipite longo bulboso: annulo manifesto. Persoon l. c. p. 418.
Habitat in pinetis elatioribus passim. — In der Mildenitzer Heide. Septembre.

1359. Agaricus campestris.

A. pileo carnoso planiusculo rufo-squamoso: lamellis rubescente-fuscis: stipite brevi: annulo incompleto. Persoon l. c. p. 418. Bolton l. c. Tab. 45.
Habitat in pascuis graminosis, in pagis frequens. Septembre.

1360. Agaricus lateritius.

A. cespitosus magnus (truncigenus) pileo carnoso subviscoso lateritio, margine flavescente: lamellis

distinctis subnebulosis virescente-cinereis; stipite longo subsolido: annulo fugaci nigrescente. Persoon l. c. p. 421.

A. pomposus Bolton l. c. Tab. 5.

Habitat in sylvis nemorosis ad trunc. putrid. frequens. — Im Nemerow. Holz. Septembre.

1361. Agaricus fascicularis.

A. α. primulus: minor cespitosus, pileo subcarnoso umbonato ochraceo: lamellis nebulosis virescentibus; stipite cavo tenui: cortina pilosa nigrescente. Persoon l. c. p. 421. Bolton l. c. Tab. 29.

Habitat ad trunc. putrid. Salic. nec non ad sepes copiose. Augusto. Septembre.

** Pileo utplurimum fragili membranaceo, (substantia subaquosa) stipite nudo.

1362. Agaricus stipatus.

A. cespitosus congestus fragilis, pileo glabro fuscescente-livido, exsiccatione ruguloso-pallescente: lamellis confertis incarnato-fuscis; stipite albicante subnudo. Persoon l. c. p. 423.

Habitat in nemoribus ad truncos putridos frequens. Octobre.

Sect. 7. Lactifluus: pileus carnosus utplurimum depressus, lamellae lactescentes.

* Pileo albido.

1363. Agaricus piperatus.

A. pileo infundibuliformi margine expanso glabro albido: lamellis congestis furcatis candidis pallescentibus. Persoon l. c. p. 429. Bolton l. c. Tab. 21.

Habitat in nemoribus frequens. Septembre. Octobre.

** Pileo pallido aut flavescente.

1364. Agaricus deliciosus.

A. pileo umbilicato subaurantio, exsiccato sordide pallido: lamellis succoque aurantio-lateritiis. Persoon l. c. p. 432. Bolton l. c. Tab. 9. p. 26.

Habitat in pinetis atque nemoribus passim. Autumno. — Vide ap. Bolton l. c. adnotationem Cel. Willdenowii.

*** Pileo rubicundo, rufescente aut subspadiceo.

1365. Agaricus cimicarius.

A. pileo opaco subumbonato obsolete zonato subspadiceo: lamellis lutescentibus subnitidis; stipite longiusculo. Batsch Cont. 1. fig. 69.

Habitat in nemorosis frequens ad terram. — Im Nemerow. Holz. Septembre.

Sect. 8. Russula: pileus carnosus utplurimum depressus; lamellae longitudine aequales (arescentes; stipes nudus plerumque albus.

** Pileo rubello.

1366. Agaricus rosaceus.

A. pileo convexo plano sublaevi roseo s. dilute rubro: lamellis stipiteque albis. Persoon l. c. p. 439.

Habitat in nemoribus frequens, cum praecedente.

Sect. 9. Omphalia: pileo integerrimo carnoso aut membranaceo, infundibuliformi aut umbilicato; lamellis longitudine inaequalibus

exsuccis s. non lactescentibus, utplurimum decurrentibus; stipite nudo centrali.

A. Majores: pileo carnoso, aut carneo-membranaceo, margine laevi.

* Color pilei flavescens, pallidus, hepaticus aut spadiceus.

1367. Agaricus involutus.

A. magnus, pileo carnoso depresso hepatico, margine revoluto-tomentoso: lamellis dichotomis basi subporiformibus. Persoon l. c. p. 448. Batsch Cont. 1. fig. 61.

Habitat in nemoribus passim. — Im Nemerow. und Broda. Holz. Septembre.

1368. Agaricus dryophilus.

A. gregarius, pileo subcarnoso hemisphaerico umbilicato lamellisque pallidis; stipite cavo lutescente-rutilo. Persoon l. c. p. 452.

A. repandus Bolton l. c. Tab. VI.

Habitat in sylvis nemorosis frequens. Septembre.

1369. Agaricus rosellus.

A. pileo ochraceo subcarneo; stipite solido fibroso torto; lamellis fulvello-roseis: majoribus stipiti adnatis. Batsch Cont. 1. f. 99. Persoon l. c. p. 453. (A. farinaceus.)

Habitat in graminosis sylvaticis passim. Octobre.

1370. Agaricus subannulatus.

A. pileo pallide-spadiceo glabro; stipite brevi bulboso flavente, supra annulum spurium albo; laminis albentibus. Batsch Cont. 1. f. 75.

Habitat in pinetis ad terram in trunc. putr. vicinitate passim. — Septembre.

** Color fungi albus.

1371. Agaricus candicans.

A. totus elasticus albo-nitens; pileo umbilicato laevissimo, primo convexo. Persoon l. c. p. 456.
A. umbilicatus. Bolton l. c. Tab. 17.
Habitat in pinetis siccioribus passim. Septembre.

*** Color nigrescens, fuliginosus, cinereus, lividus, aut subviolaceus.

1372. Agaricus adustus.

A. majusculus, pileo carnoso depresso olivaceo-cinereo, demum nigrescente-adusto; lamellis crassis pallescente-albis; stipite solido breviusculo cinereo. Persoon l. c. p. 459.
A. elephantinus Bolton l. c. Tab. 28.
Habitat in nemorosis siccioribus infrequens. — ad pagum Stolpe in der Heide nach Bredenfelde. Octobre.

1373. Agaricus amethysteus.

A. gregarius subtenax, recens laete violaceus, demum canescens, pileo umbilicato: lamellis distantibus; stipite longo fibrilloso attenuato. Persoon l. c. p. 465. Bolton l. c. Tab. 63.
Habitat in nemorosis rarius. cum praecedente. Septembre.

B. minores, pileo membranaceo plerumque striato.

1374. Agaricus androsaceus.

A. gregarius persistens, pileo planiusculo subplica-

to albido. absolute umbonato: lamellis simplicibus totis adnexis; stipite nigrescente-badio. Persoon l. c. p. 468. Bolton l. c. Tab. 32.

Habitat in pinetis et sylvis siccioribus copiose ad folia putrida. Autumno.

1375. Agaricus epiphyllus.

A. gregarius minutus albus, pileo membranaceo convexo demum subumbilicato; lamellis raris ramosis; stipite nigrescente. Persoon l. c. p. 468.

A. Squamula Batsch El. Fung. Cont. 1. fig. 84.

Habitat in nemoribus ad folia sicca Fagi frequens. Septembre. Octobre.

1376. Agaricus Rotula.

A. cespitosus albus, pileo profunde sulcato: lamellis tubo stipitem ambiente adnexis; stipite nigrescente. Persoon l. c. p. 467.

A. umbelliferus Bolton l. c. Tab. 39. fig. A.

Habitat in nemoribus humidiusculis ad folia putrida frequens. Octobre.

1377. Agaricus pusillus.

A. pileo glabro griseo-fusco, margine albo; stipite griseo subfurfuraceo; substantia pilei obscure albida, stipitis atra. Batsch El. Fung. Cont. Fig. 66.

Habitat in sylvis ad ramulos et trunc. putrescentes; rarissime mihi obvius. Im Nemerow. Holz. Octobre.

Obs. Cum huncce et subsequentem fungum e Cel. Persoonii speciebus extricare non potuissem, eorum descriptionem e Batchii citato opere hic adjicere volui.

1378. Agaricus squarrosus.

A. pileo ferrugineo, squamulis piloso-furfuraceis revolutis imbricato; stipite valido subclavato concolore, inferne usque ad volvam laceram reflexo-patentem squamosam, furfuraceo-squarroso; lamellis cinereis. Batsch. El. Fung. p. 85. f. 31.

Habitat in nemoribus ad truncos caesos semi-emort. rarius. — Im Brodaschen Holz. Septembre.

Sect. 10. Pleuropus: pileo carnoso depresso obliquo integro aut dimidiato; stipite nudo excentrico, laterali aut nullo.

* Pileo integro, stipite excentrico.

1379. Agaricus atro-tomentosus.

A. magnus, pileo convexo fusco-ferrugineo: lamellis pallide ochraceis; stipite cylindrico subcurvato tomentoso atro-fusco. Persoon l. c. p. 472. Batsch El. Fung. p. 89. f. 32.

Habitat in nemoribus ad trunc. et arbor. radices cariosas. rarius. Autumno.

1380. Agaricus inconstans.

A. majusculus, pileo subtenace depresso integro aut dimidiato lobato flexuoso subrufescente: lamellis subramosis basi crispis albis subrutilisque. Persoon l. c. p. 475.

Habitat in nemorosis ad truncos caesos rarius. Septembre.

** Pileo dimidiato; stipite marginali; lamellis decurrentibus ex latere pilei divergentibus.

1381. Agaricus stypticus.

A. cespitosus, pileo subcoriaceo emarginato aluta-

ceo subfarinaceo: lamellis tenuissimis venis connexis cinnamomeis; stipite compresso adscendente apice dilatato. Persoon l. c. p. 481.

Habitat frequens ad trunc. Querc. caesos. Autumno.

1382. Agaricus variabilis.

A. gregarius acaulis, pileo subtomentoso candido, lamellis ex albo demum rubiginosis. Persoon l. c. p. 483.

Habitat in nemoribus in ramulis foliisque putridis frequens. Autumno.

1383. Agaricus epigaeus.

A. pileo reniformi fragili rufescente-cano, basi villoso albido: lamellis distinctis aquose rufescentibus divergentibus. Persoon l. c. p. 484.

A. depluens Batsch. Cont. p. 167. f. 122.

Habitat in nemoribus ad terram praeruptam passim. Autumno.

1384. Agaricus applicatus.

A. dimidiatus, vel acaulis orbicularis saturate cinereus nigrescens horizontalis, postica dorsi parte verticaliter adnatus: laminis ab omni margine versus centrum impresso-adnatum tendentibus. Batsch Cont. p. 171. f. 125.

Habitat in nemoribus ad ligna putrida rarius. Octobre.

Obs. Cel. Persoon hunc fungum praecedentis varietatem putat, quod vix crederem.

1385. Agaricus laccatus.

A. acaulis, pileo tenui coriaceo castaneo nitido glaberrimo: lamellis albidis flexuosis simplicibus.

Habitat

Habitat in hortis ad sepes in ramulis, ubi semel haec species mihi occurrit. Autumno. persistens.

*** Pileo dimidiato suberoso.

1386. Agaricus alneus.

A. coriaceus tomentosus albido-griseus: lamellis fissis margine revolutis subpurpurascente-cinereis. Persoon l. c. p. 485.

Habitat in sylvaticis ad truncos Alni et Fagi. Hyeme.

1387. Agaricus sepiarius.

A. coriaceus durus, utrinque planus, pileo strigoso-tomentoso spadiceo: laminis confertis ramosis lutescentibus. Persoon l. c. p. 487.

Habitat in pinetis ad trunc. Pini putrid. nec non in sepimentis e ligno Pini constructis frequens. persistens.

Merulius.

Pileus carnosus aut membranaceus. Hymenium venosum; venis s. plicis superficialibus tumidulis.

* Cantharellus: pileo integro, utplurimum cyathiforme, stipite centrali.

1388. Merulius Cantharellus.

M. gregarius totus vitellinus, pileo carnoso glabro depresso. Persoon l. c. p. 488.

Agaricus Cantharellus. L. Timm l. c. p. 264.

Habitat in sylvis frequens ineunte autumno et vere.

1389. Merulius nigripes.

M. pileo infundibuliforme flavescente, stipite longo nigro-fuliginoso. Persoon l. c. p. 489.

Habitat in juniperetis nemorosis gregatim. Septembre.

1390. Merulius cornucopioides.

M. cespitosus nigrescens, pileo membranaceo squamuloso: venis obsoletis. Persoon l. c. p. 491.

Octospora cornucopioides Hedwig. Timm l. c. p. 262.

Habitat in nemoribus ad terram frequens. Septembr.

** Pileo dimidiato submembranaceo.

1391. Merulius muscigenus.

M. stipite laterali brevi crassiusculo; pileo dimidiato pallescente-fusco, plicis ramosis. Persoon l. c. p. 493.

Habitat in muscis et quisquiliis rarius. Octobre.

Obs. Fungum meum non in muscis, sed ad vias cavas sylvarum in ipsa terra legi, stipite totoque fungo erecto.

1392. Merulius crispus.

M. dimidiatus subimbricatus, pileo subcarnoso tomentoso rufo, margine albido; plicis crispis albidis. Persoon l. c. p. 495.

Habitat in sylvis ad ligna dejecta putrida rarius. Novembre.

*** Serpula. Totus effusus resupinatus acaulis.

1393. Merulius destruens.

M. effusus magnus flavo-ruber, margine albido-to-

mentoso, plicis amplis poroso-sinuatis. Persoon l. c. p. 496.

Habitat in aedificiis pro! dolor nimis frequens. Augusto legi.

1394. Merulius Vastator.

M. orbicularis, adultus aureus; venis crispis centrum versus in plicas abeuntibus: tuberculis intus albis ut plurimum aggregatis caulescentibus intermediis. Tode. Persoon l. c. p. 497.

Habitat in aedificiis ad ligna suffocata; nec non in sylvis supra truncos putridos. Autumno.

†† Boletoidei: hymenio s. membrana fructificante in tubos subvenosos oblongo-compressos aut teretes prominente.

DAEDALEA.

Pileus (dimidiatus) coriaceo-suberosus, subtus sinubus oblongis daedaleis subporiformibusque reticulatus.

1395. Daedalea quercina.

D. coriacea ligneo-pallens; pileo ruguloso glabro, laminis ramoso-sinuatis: sinubus magnis. Persoon l. c. p. 500.

Agaricus quercinus. L. Timm l. c. p. 268.

Habitat in sylvis ad truncos emortuos Quercuum frequens. Autumno.

BOLETUS.

Pileus varius: Tubuli et pori teretes, integri.

A. Pileo pulvinato carnoso, a tubis elongatis facile se disjungente. (Suilli Veterum.)

1396. Boletus annulatus.

B. pileo pulvinato campanulato viscoso, flavescente-livido, maculis e lateritio rufis virgato: poris luteis, stipite annulato. Persoon l. c. p. 503.

Boletus luteus L. Timm l. c. p. 271.

Habitat in pinetis et juniperetis frequens. Autumno.

1397. Boletus viscosus.

B. stipitatus, pileo pulvinato viscido, poris teretibus convexis immersis distinctis, stipite lacero. L. Roth l. c. p. 535.

Habitat in sylvis frequens. Autumno.

1398. Boletus bovinus.

B. pileo glabro pulvinato marginato (brunneo); poris compositis acutis (albis): porulis angulatis brevioribus. L. Timm l. c. p. 271.

Habitat in sylvis nemorosis passim. Autumno.

B. Pileo carnoso coriaceo, utplurimum subsuberoso; tubis subbrevibus, cum pilei substantia connexis.

* Pileo integro, stipite centrali aut subexcentrico, perpendiculari.

1399. Boletus perennis.

B. coriaceus tenax cinnamomeus, pileo tenui zonato velutino, utplurimum connato. Persoon l. c. p. 518.

Habitat in sylvis umbrosis frequens. Autumno et Hyeme.

1400. Boletus durus.

B. pileo convexo vel undato subobliquo peltato fusco, stipite brevi valido cylindrico, poris punctiformibus ochraceo-albis. Batsch. Timm l. c p. 271.

Habitat in nemoribus densis ad arborum radices passim.

1401. Boletus leptocephalus.

B. pileo plano tenui supra cervino, subtus albo, stipite excentrico brevi pallido. Persoon l. c p. 519.

Habitat in sylvis umbrosis infrequens. Autumno.

Obs. Tres antecedentes species forte nimium cognati sunt.

1402. Boletus pictus.

B. pileo tenui infundibuliformi, e griseo fuscoque zonato, margine tenuissime inciso; poris ferrugineis inaequalibus subdecurrentibus; stipite cylindrico.

Habitat in pinetis siccioribus ubi semel mihi haec species occurrit. Autumno.

1403. Boletus polycephalus.

B. ramosissimus, pileis numerosis convexis fuscescentibus. Persoon l. c. p. 520.

Habitat in sylvis umbrosis depressis ad terram rarissime. — ad pagum Quaden-Schönfeld an der Seewiese, in vicinitate Quercus annosae. Septembre.

Obs. Semel tantum haec singularis speciss mihi occurrit. Fungus totus figuram conico-zylindri-

cam exhibet et, excepta magnitudine, similis est strobilo Pini Abietis, squamis, disperso semine, squarroso-distantibus; ultra pedem altus, 6-8 Uncias in diametro metiens, stipiti crasso insidens, qui vero a basi ad apicem tectus est ramis s. pileis ad omne latus squarroso-patentibus numerosissimis, (quorum in meo ultra centum numeravi) supra fuscis striatis convexis, subtus albis, poris tenuissimis aequalibus. Pilei inferiores seu majores in plura capitula s. ramos digitatim saepe divisi sunt.

** Pileo dimidiato stipitato: stipite laterali.

1404. Boletus giganteus.

B. imbricatus latissimus; pileo subzonato molli rivuloso spadiceo; stipite crasso, poris pallidis. Persoon l. c. p. 521.

Habitat in sylvis umbrosis densissimis depressis ad terram rarissime. — prope Neubr. im Brodaschen Holz. Septembre.

Obs. Fastuosae hujus speciei tria specimina gregatim semel mihi loco indicato obvenerunt. Omnium facile maxima, pedem cum semisse alta, ultra duas in diametro lata.

1405. Boletus lucidus.

B. pileo coriaceo castaneo nitido, concentrice sulcato; poris minutis albis, stipite vario. Persoon l. c. p. 522.

B. laccatus. Timm l. c. p. 269.

Habitat ad caudices Salicum viv. prope Neubr. passim. Octobre.

*** Pileo dimidiato acauli.

1406. Boletus rutilans.

B. subimbricatus dimidiatus, pileo carnoso molli glabro cinnamomeo-rufo; poris aequalibus ferrugineis. Persoon l. c. p. 525.

Habitat in trunco cavo Quercus annosae rarius. Octobre.

1407. Boletus suaveolens.

B. odoratus crassus subsuberosus, pileo subtomentoso albo, poris (majusculis) fuscescentibus: nonnullis superficie inaequali prominulis acutis. L. Persoon l. c. p. 530.

Habitat in Salicum caudicibus frequens. Autumno.

1408. Boletus suberosus.

B. acaulis pulvinatus laevis; poris acutis difformibus. L. Timm l. c. p. 269.

Habitat in sylvis ad truncos Betul. alb. frequens. Octobre.

1409. Boletus igniarius.

B. dilatatus laevis epidermide rugulosa; pileo duro basi nigrescente, margine cinnabarino, subtus ochroleuco. Persoon l. c. p. 534.

Habitat in pinetis ad caudices Pini sylvestr. passim. Autumno.

1410. Boletus betulinus.

B. substipitatus majusculus, pileo carnoso-suberoso reniformi fuligineo-rufescente, subtus albido. Persoon l. c. p. 535.

Habitat in ligno caeso et truncis. Betul. alb. Novembre.

Obs. Hujus fungi specimen asservo orbiculare, pedem in diametro metiens, quod centro dorsi adnatum erat, disco caeterum ab omni parte libero undulato repando, margine involuto.

1411. Boletus fomentarius.

B. dimidiatus durus, pileo subtriquetro obsolete fasciato cinereo-fuligineo; poris primo albido-glaucis, demum subferrugineis. Persoon l. c. p. 536.

Habitat in sylvis ad truncos Fagor., nec non in hortis pomariis ad truncos Pyri, Pruni et Cerasi frequens, multopere varians. — Autumno.

1412. Boletus versicolor.

B. cespitosus coriaceus, pileo tenui zonato multicolore coeruleo, poris albis. L. Persoon l. c. p. 540.

Habitat in sylvis ad truncos putridos copiose. Autumno.

1413. Boletus strigosus.

B. dimidiatus orbicularis tenuis, supra sulcatus zonatus, tomento denso strigoso fulvo-griseo obsitus, subtus cervinus; poris punctiformibus aequalibus rotundis.

Habitat in hortis ad caudices Pruni Cerasi passim. Vere.

Obs. Hoc nomine speciem indigitare volui, quae alias forte jam nota est, quam vero ex Persoonii speciebus extricare non valeo; praecedente major est hic fungus et superficie superiori strigosa, inferiore cervina, nec alba, ab eo diversus.

C. Poria: resupinata effusa s. superne porosa, pileo plerisque obliterato.

1414. Boletus contiguus.

B. longitudinaliter effusus crassus glaber, ferrugi-

neus, poris majusculis aequalibus. Persoon l. c. p. 544.

Habitat in hortis ad trabes et januas rarius. Autumno.

1415. Boletus Medulla panis.

B. (albus durus) effusus planus crustaceus superne perforatus, tubulis obliquis rectisque. Persoon ibid.

Habitat in sepimentis et arborum radic. putrid. passim. Autumno.

E. Fistulina: tubis inter se liberis.

1416. Boletus hepaticus.

B. carnosus sanguineus dimidiatus, tubulis liberis lutescentibus. Persoon l. c. p. 549.

B. Buglossum. L. Timm. l. c. p. 270.

Habitat ad Quercuum truncos caesos frequens. Septbr.

††† Hydnoidei: membrana fructificante in aculeos prominente.

SISTOTREMA.

Pileus varius: Hymenium primo gyroso-porosum, demum praesertim in medio in dentes difformes compressos lacerum.

* Stipitata.

1417. Sistotrema rufescens.

S. magnum coriaceum rufescens, pileo infundibuliformi hirto, subtus pallescente, stipite subbrevi rugoso crassiusculo. Persoon l. c. p. 550.

Habitat in pinetis ad terram. Novembre, vetustate fere corruptum.

** Pilio dimidiato.

1418. Sistotrema cinereum.

S. imbricatum suberosum, pileo dimidiato hirsuto subtus cinereo. Persoon l. c. p. 551.

Habitat in truncis fagi exsiccatis et ad terram passim. Autumno.

1419. Sistotrema violaceum.

S. dimidiatum imbricatum tomentosum albidum, subtus purpurascente-violaceum. Persoon ibid.

Habitat in ramis Pini dejectis et sepimentis antiquis. passim.

*** Resupinata effusa, dentibus difformibus subincisis. (Xylodon.)

1420. Sistotrema quercinum.

S. glabrum pallidum subrufescens, dentibus crassis difformibus incisis subadpressis. Persoon l. c. p. 552.

Habitat in ramis quercinis dejectis putridis. Octobre.

1421. Sistotrema fagineum.

S. albidum pallescens stalactiticum, dentibus subfasciculatis obtusis plicato-annulatis integris. Persoon ibid.

Habitat in sylvis ad truncos et ramos Fagi rarius. Autumno.

Hydnum.

Pileus varius. Hymenium echinatum s. in dentes subuliformes integros prominens.

* Stipitata: pileo plerisque integro s. orbiculari, aut exciso.

1422. Hydnum imbricatum.

H. pileo carnoso umbilicato umbrino squamoso: squamis crassis suberectis obscurioribus. Persoon l. c. p. 554.

Habitat in pinetis passim. Octobre.

1423. Hydnum repandum.

H. incarnato-pallidum, pileo rugoso flexuoso sublobato glabro; subulis crassiusculis: pluribus compressis; stipite tuberoso subexcentrico. Persoon l. c. p. 555.

Habitat in sylvis umbrosis infrequens. Octobre.

1424. Hydnum pulvinatum.

H. pileo convexo pulvinato membranaceo glaberrimo subrufescente; dentibus tenuissimis ferrugineis; stipite brevi crasso.

Habitat in pinetis densioribus passim. — ad pagum Warlin in den Fichten am Wege nach Rühlow et alibi. Octobre.

Obs. A praecedentibus longe diversum nec reliquis Persoonii speciebus quadrans.

1425. Hydnum connatum.

H. gregarium confluens, pileo tenui infundibuliformi-spadiceo fasciato; subulis tenuibus ochraceo cinereis stipite tenui nigro nitente-glabro.

Habitat in pinetis densis rarius. — ad pagum Eichhorst in den jungen Fichten nach Gliencke. Septembre.

Obs. Equidem non contigit mihi videre Persoonii H. concrescens; ab eo autem meum plane diversum esse, ex descriptione patet.

1426. Hydnum auriscalpium.

H. stipitatum spadiceum, pileo dimidiato coriaceo. L. Persoon l. c. p. 557.

Habitat in pinetis ad strobilos Pini sylvestr. locis humidiusculis frequens. Septembre.

** Pileo dimidiato plerumque acauli, aut stipite horizontali.

1427. Hydnum paradoxum.

H. acaule dimidiatum subimbricatum carnosum pallide rufescens supra subtusque aculeatum, dentibus rufescentibus.

Habitat in truncis Quercus putridis rarissime. — prope Neubr. im Brodaschen Holz. Augusto.

Obs. Haec species ab omnibus mihi notis in eo differt quod pileus utrinque dentibus vel subulis sit obsessus. In superficie superiore dentes rariores breviores plerumque decumbentes sunt et colore ipsius pilei gaudent; inferioris dentes autem longiores densiores recti subferruginei, substantia quasi cornei sunt.

1428. Hydnum gelatinosum.

H. gelatinosum albido-glaucum, pileo utrinque plano, stipite laterali. L. Persoon l. c. p. 560.

Habitat in sylvis supra truncos Pini putridos rarius. Octobre. — ad oppidum Stargard in den Hufentannen denso agmine semel mihi occurrit hic singularis fungus qui substantia tremellosa est, cujusque majora specimina ad duas uncias (in statu recenti) lata vidi. Cel. Persoon ea tantum ¾ unciae lata vidit.

†††† Gymnoderma: pileo forma varia, plerumque dimidiato effuso acauli, coriaceo-sicco: hymenio laeviusculo, aut in papillas prominente.

THAELAEPHORA.

Pileus coriaceus subtus papillis, rarius setulis obsitus, aut uniformis laevis.

b. Stereum: pileo dimidiato demum horizontali.

1429. Thaelaephora laciniata.

T. imbricata obscure fusca, pileo tenui laciniato crispo, subtus papillis congestis scabro. Persoon l. c. p. 567.

Helvella laciniata. L. Timm l. c. p. 280.

Habitat in pinetis subhumidis frequens. Novembre.

1430. Thaelaephora ferruginea.

T. effuso-reflexa ferruginea, pileo tenui subtomentoso laeviusculo, subtus piloso. Persoon l. c. p. 569.

Habitat ad sepimenta antiqua et truncos putridos passim. Autumno.

1431. Thaelaephora hirsuta.

T. α. vulgaris: cespitosa coriacea lutescens strigoso-hirsuta, subtus glabra. Persoon l. c. p. 570.

Habitat in sylvis ad ligna et truncos putridos frequens. Octobre.

c. Corticium: resupinata effusa papillata, substantia varia.

* Colore plus minusve incarnato, aut pallescente.

1432. Thaelaephora quercina.

T. resupinata longitudinalis coriacea rugosa subcarnea; margine subinvoluto subtusque umbrino. Persoon l. c. p. 573.

Habitat in sylvis in ramulis dejectis Quercus frequens. Autumno.

††††† Clavaeformes: fungi carnosi elongati uniformes, simplices aut ramosi, superficie laevi.

CLAVARIA.

Clavula simplex vel ramosa, cum stipite brevi (rarius manifesto) aut caule crassiusculo confluens.

A. Coralloideae: clavulis ramosis.

* Caule crassissimo.

1433. Clavaria crispa.

C. (flavescens) foliacea ramosissima: ramis planis crispis per oras serratis. v. Wulfen. Persoon l. c. p. 585.

Habitat in pinetis rarius. — In den Fichten bei Rowa am Wege nach Neubrandenburg semel mihi obvia. Autumno.

** Caule tenui, s. ramis omnibus simul sumtis tenuior.

1434. Clavaria corniculata.

C. subramosa flava, caule gracile elongato, bis terve furcatim diviso: ramulis acutis. Persoon l. c. p. 589.

C. muscoides. L. Timm l. c. p. 274.

Habitat in sylvis graminosis passim. — prope Neubr. im Mühlenholz. Autumno.

1435. Clavaria fastigiata.

C. ramis confertis ramosissimis fastigiatis obtusis. L. Roth l. c. p. 546.

Habitat in sylvis nemorosis ad terram passim. Augusto. Septbr.

1436. Clavaria coralloides.

C. ramis confertis ramosissimis inaequalibus. L. Roth l. c. p. 546.

Habitat in sylvis nemorosis copiose. Septembre.

1437. Clavaria cornea.

C. gregaria minuta viscosa flavescens simplex ramosave basi connata. Persoon l. c. p. 596.

Habitat in cortice ligni Fagi caesi et Salic. emort. frequens. Autumno.

B. Simplices: clavulis indivisis.

1438. Clavaria pistillaris.

C. solitaria magna incrassata e flavo subrufescens, apice rotundo. Persoon l. c. p. 597.

Habitat in sylvis nemorosis passim. — prope Neubr. im Nemerowschen Holz. Augusto.

Geoglossum.

Clavula carnosa utplurimum compressa (brevi) margine prominente stipiti contigua.

1439. Geoglossum hirsutum.

G. subfasciculatum hirsutum nigrum. Persoon l. c. p. 608.

β. G. capitatum: sparsum tomentosum nigrum capitatum. ibidem.

Habitat in pratis paludosis sylvaticis rarius. — ad pagum Jatzke in dem Bruch in der Pferdekoppel. Augusto: Var. β. nonnunquam promiscue cum α. occurrit sed rarissime.

1440. Geoglossum viride.

G. subfasciculare viride, clavula obtusa, stipite squamuloso. Persoon l. c. p. 610.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram inter folia putrida rarius. — ad pagum Bredenfelde im Holz nach Stolpe. Octobre.

1441. Geoglossum carneum.

G. simplex tenuis compressa subincurvata carnea, stipite albidiore.

Habitat ad vias cavas sylvaticas gregarie in terra argillacea rarius. — bei der Zirzowschen Mühle in dem Gehölz. Autumno.

†††††† Helvelloidei: pileo distincto vario laevi instructi.

HELVELLA.

Pileus membranaceus inflatus subdifformis, utrinque deflexus.

** Stipite sulcato.

1442. Helvella Mitra.

H. major pileo inflato libero (?) nigrescente livido; stipite sulcato-lacunoso albicante. Persoon l. c. p. 615.

Octospora Mitra L. Timm l. c. p. 262.

β. H. Monacella: minor tota nigrescens; pileo utrinque adpresso adnato; stipite subcylindrico sulcato ibidem.

Habitat α et β in sylvaticis ad terram. — bei der Zirzowschen Mühle. Septembre.

1443. Helvella sulcata.

H. pileo deflexo bilobo adnato; stipite solido; sulcis (nec lacunis) aequalibus. Afzelius. Persoon l. c. p. 615.

Habitat in sylvaticis humidis rarissime. — Unicum specimen tantum mihi occurrit ad oppidum Stargard in dem Sabelschen Holz. Octobre.

MOR-

Morchella.

Pileus elongatus teres, areolis lacunosus. (Volva laticeque seminali nullis.)

1444. Morchella esculenta.

M. pileo basi contracto, stipite farcto. Persoon l. c. p. 619.

Phallus esculentus. L. Timm l. c. p. 263.

β. M. vulgaris: fuliginosa pileo ovali, areolis subquadrangularibus. Persoon ibid.

Octospora Menzeliana? L. Timm l. c. p. 263.

Habitat α. et β. in pinetis elatioribus frequens. Vere.

Nota. Quod nunc sequitur in Cel. Persoonii opere Tremellae genus jam inter Algas recensitum est.

Peziza.

Recept. (cupula) hemisphaericum concavum tumidulum, in disco laevi Semina gerens. Thecae folliculosae, nudo oculo inconspicuae, sporulis 8. fumi ad instar avolantibus foetae.

A. Tremelloideae: substantia plus minus tremellosa.

1445. Peziza inquinans.

P. gregaria magna atro-inquinans demum convexa obconica, extus rugosa subumbrina. Persoon l. c. p. 631.

Tremella agaricoides. Timm l. c. p. 252.

Habitat in cortice Fagi caesae frequens. Autumno.

1446. Peziza sarcoides.

P. cespitosa carnoso-tremellosa firmula carneo-rubra externe subvenosa. Persoon l. c. p. 633.

Habitat in sylvis supra truncos caesos frequens. Autumno.

B. Helvelloideae: majores, carnoso-membranaceae fragiles externe subfarinaceae.

1447. Peziza leporina.

P. ferruginea elongata, uno latere dehiscens auriformis basi intus laevis. Persoon l. c. p. 637.

Habitat in sylvis umbrosis ad fossarum margines passim. Ociobre.

1448. Peziza aurantia.

P. acaulis cespitosa dimidiato-flexuosa aurantia, externe albida. Persoon ibid.

Habitat in sylvis apertis in truncorum vicinitate ad terram gregatim. Septembre.

1449. Peziza stipitata.

P. stipitata hemisphaerica, externe fusco-hispida, stipite cylindrico. Willdenow. Roth l. c. T. I. p. 543.

Habitat in juniperetis ad terram rarius. Octobre.

C. plurimae parvae. Cupulae externe strigoso-hirtae, pilosae, tomentosae aut pubescentes.

1450. Peziza hemisphaerica.

P. gregaria magna hemisphaerica, intus albo-glauca, extus umbrina, pilis fasciculatis. Persoon l. c. p. 648.

Habitat in sylvis umbrosis ad terram infrequens. Octobre.

1451. Peziza strigosa.

P. sessilis minuta (linearis) cupula primo subglobosa concava, extus strigosa atra, intus ochracea. Persoon l. c. p. 648.

Habitat in umbrosis subhumidis ad ambulacra gregatim. Julio.

1452. Peziza sulphurea.

P. sessilis subglobosa strigoso-hirta sulphurea. Persoon l. c. p. 649.

Habitat in sylvis ad strobilos Pini sylv. gregatim, ubi semel mihi occurrit. Autumno. — Villoso-hirta potius dicenda.

1453. Peziza scutellata.

P. majuscula applanata aurantio-rubra., externe setis divergentibus nigris hispida. Persoon l. c. p. 650.

Octospora scutellata. L. Timm l. c. p. 261.

Habitat in truncis demortuis et ad terram in sylv. umbros. Autumno.

1454. Peziza stercorea.

P. gregaria sessilis concava tota fulva setosa: setis badiis suberectis. Persoon ibid.

Habitat in juniperetis in stercore vaccino. Novembre.

1455. Peziza coccinea.

P. stipitata submagna turbinata, aut infundibuliformis intus coccinea, externe subtomentosa albida,

margine utplurimum crenato. Persoon l. c. p. 652.

Octospora coccinea. Reichard. Timm l. c. p. 261.

Habitat in sylvis, in virgultis aridis rarius. Octobre.

1456. Peziza calycina.

P. gregaria stipitata villosa subinfundibuliformis alba, disco ochraceo. Persoon l. c. p. 653.

Habitat in sylvis umbrosis ad ramulos putridos frequens. Novembre.

1457. Peziza virginea.

P. gregaria candida, stipite longiusculo, cupula hemisphaerica patula villosa. Persoon ibidem.

Habitat in ligno ramisque putridis in sylvis. Autumno.

Obs. Praecedentis mera forte varietas; junior candida hemisphaerica, aetate provectiore sordide alba infundibuliformis.

D. Totae glabrae', saltem non manifeste tomentosae, carnoso-ceraceae. (plurimae parvae.)

* Cupulis stipitatis.

1458. Peziza Calyculus.

P. unicolor pallide-brunnea, cupula subinfundibuliformi; limbo erecto, stipite crassiusculo subrecto. Persoon l. c. p. 660.

Octospora Calyculus. Batsch. Timm l. c. p. 261.

Habitat in umbrosis ad terram inque virgultis aridis frequens. Octobre.

1459. Peziza citrina.

P. conferta tota citrina; stipite crasso brevi, obconica. Persoon l. c. p. 663.

Octospora citrina Hedw. Timm l. c. p. 262.
Habitat supra truncos putridos sat frequens. Autumno.

** Cupulis sessilibus.

1460. Peziza lenticularis.

P. connexa adpressa subconvexa laete flava; stipite vix ullo papillaeformi nigrescente. Persoon l. c. p. 664.
Habitat supra truncos fagineos putridos. Octobre.

1461. Peziza leucoloma.

P. exigua depressa (applanata) tota miniata, margine niveo lacinulato. Hedw. Persoon l. c. p. 665.
Habitat in muris argillaceis inter muscos, praesertim Bryum argenteum. Vere.

E. Plus minusve coriaceae, siccae, glabrae, aut pulverulentae, utplurimum sessiles.

1462. Peziza Ribesia.

P. substipitata fasciculata nigrescens, cupula turbinata connivente. Persoon l. c. p. 672.
Habitat in hortis in siccis virgultis Ribis rubr. frequens. Octobre.

Ordo sextus.

† Naematothecii: fungi byssoidei forma distincta instructi.

Isaria.

Subbyssoidea, simplex ramosaque, pulvere farinaceo (subfilato) obtecta. (Substantia molliuscula, color albus.)

1463. Isaria mucida.

I. cespitosa effusa, ramulis subdepressis furcatis pruinatis mollibus. Persoon l. c. p. 688.

Clavaria Puccinia Batsch. Timm l. c. p. 274.

Habitat in nemoribus ad ramos putridos rarius. Octobre.

Monilia.

Stipitata aut effusa bissoidea. Fila moniliformia, s. articulata.

* Stipitata, fila, capitulum rotundum constituentia.

1464. Monilia glauca.

M. cespitosa cinereo-glauca. Persoon l. c. p. 691.

Mucor glaucus. L. Timm l. c. p. 282.

Habitat in fructibus variis putridis frequens. Autumno.

1465. Monilia digitata.

M. glauca, stipite simplici digitato. Persoon l. c. p. 693.

Mucor crustaceus L. Timm l. c.

— — cespitosus. L. ? Timm ibid.

Habitat in pane et fructibus putridis frequens. Aestate humida.

†† Fungi byssoidei, decumbentes uniformes.

Dematium.

Byssus forma indeterminata, erecta aut depressa, subfasciculata aut effusa. Fila laevia, nec contexta.

* Rigida simplex aut fasciculata.

1466. Dematium articulatum.

D. minutum nigrescens fasciculatum: setulis divergentibus subarticulatis. Persoon l. c. p. 694.
Habitat in stipitibus Asparagi passim. Septembre.

1467. Dematium epiphyllum.

D. erectum fasciculatum subolivaceum, demum pulveraceum filis laevibus. Persoon l. c. p. 695.
Habitat in sylvis supra folia Fagi et Quercus aridis. Autumno.

1468. Dematium strigosum.

D. α. ? cespitosum fulvo-griseum, filis subrigidis divergentibus. Persoon l. c. p. 695.
Habitat in cellis domesticis ad trabes putridas. Septbr.
Obs. Fungus meus vix huc pertinet, qui fulvo-rubiginosus est, filis uncia longioribus ramosis intertextis decumbentibus, pannum laxum referentibus. Color constans.

1469. Dematium bombycinum.

D. fugacissimum candidum, lanuginem aut gossypium referens. Persoon l. c. p. 696.
Byssus septica L. Timm l. c. p. 258.
Habitat in cellis domesticis et locis suffocatis passim. — Nonne potius minerale quid?

** Cespitosa, subintertexta, nec pannum s. pellem referentia.

1470. Dematium petraeum.

D. rupestre cespitosum subconfluens pulverulentum, primo aureum demum incanum. Persoon l. c. p. 697.

Byssus aurea L. Timm l. c. p. 258.

Habitat in lignis putridis, aqua saepius irroratis frequens. — prope Neubr. bei der Heidmühle am Bollwerk. Novembre.

Obs. Quamvis Byssus aurea a plerisque Botanophilis in rupibus lapidibusque crescere dicatur, tamen nullus dubito quin idem sit meus ac fungus Persoonii et Linnaei. — Speciminum domi in charta asservatorum color aureo-fulvus in griseum plane mutatus est.

1471. Dematium ollare.

D. terrestre effusum mollissimum breve, canescente-subfulvum. Persoon ibid.

Habitat in hortis et vaporariis ad ollas plantarum; nec non in palludosis ad Alnorum radices mihi occurrit. Octobre.

1472. Dematium violaceum.

D. cespitulo parvo violaceo-caesio. Persoon ibid.

Byssus phosphorea. L. Timm l. c. p.

Habitat in sylvis ad ligna putrida passim. Vere.

1473. Dematium herbarum.

D. effusum compactum virescente-olivaceum pulverulentum.

γ. D. Fungorum: tenerius subfasciculatum (aeruginosum) in fungis putrescentibus. Persoon l. c. p. 699.

Habitat in sylvis ad agaricos putrefactos passim sero Autumno.

ERINEUM.

Epiphyllum. Fila rigida grumosa, in cespitulum foliis subcupulaeforme impressum conglomerata.

1474. Erineum acerinum.

E. depressum latiusculum rufo-fuscum, (primo grumoso-pallidum. Persoon l. c. p. 700.

Habitat in vivis foliis Acer. Pseudo-platani in sylvis frequens. Octobre.

1475. Erineum fagineum.

E. subimmersum compactum subellipticum spadiceum. Persoon ibid.

Habitat in foliis vivis Fagi sylvat. Septembre.

1476. Erineum pyrinum.

E. oblongum laxum spadiceum. Persoon ibid.

Habitat in sylvis, in foliis vivis Pyri Mali sylvestr.; rarius quoque in hortis ad folia Pyri commun. Augusto.

1477. Erineum tiliaceum.

E. gregarium subpulvinatum albido-pallidum. Persoon ibid.

Habitat in foliis vivis Tiliae parvifol. frequens. Septembre.

1478. Erineum aureum.

E. subimmersum latiusculum sericeum aureum. Persoon ibidem.

Habitat in foliis vivis Populi nigrae passim. Augusto.

1479. Erineum populinum.

E. cupulare immersum subgrumosum spadiceum, (primo subpurpurascens.) Persoon ibid.

Habitat in foliis vivis Popul. tremul. Septembre.

1480. Erineum alneum.

E. pulvinatum grumosum fulvo-ferrugineum. Persoon l. c. p. 701.

Habitat in foliis vivis Betul. Alni frequens. Augusto.

1481. Erineum roseum.

E. grumoso-villosum subparallelum tenuissimum roseum.

Habitat in foliis Betul. humil. s. fruticos., foliorum nervos in utraque superficie occupans. Majo.

Racodium.

Expansum molle, filis dense intertextis pannum referens.

1482. Racodium cellare.

R. late expansum mollissimum nigrum. Persoon l. c. p. 701.

Habitat Neobrandenburgi in cellis vinariis ad dolia frequens.

1483. Racodium Xylostroma.

R. latissimum molle ochroleucum. Persoon ibid.

Habitat in Quercubus cavis et lignis putridis. Autumno.

1484. Racodium papyraceum.

R. candidum tenuissimum papyraceum. Persoon l. c. p. 703.

Habitat in ligno Salic. alb. putrido, intra fissuras. rarius.

1485. Racodium rigidum.

R. tenue rigidum laeviusculum nigrum arcte adpressum.

Habitat ad frustula ligni putridi dejecta in sylvis passim.

Himantia.

Repens villosa ramoso-fibrosa.

1486. Himantia domestica.

H. maxima subviolaceo-fuscescens mollis, in membranam subcohaerens. Persoon l. c. p. 703.

Habitat in aedificiis ad muros passim.

1487. Himantia sulphurea.

H. sulphureo-pallens byssacea fibrisque ramosis subteretibus intertexta. Persoon ibid.

Habitat in lignis et truncis Pini putridis. passim. Septbr.

1488. Himantia candida.

H. (epiphylla) candida tenera: apice subplumoso dilatato. Persoon l. c. p. 704.

Byssus candida Hudson. Timm. l. c. p. 258.

β. H. albida: major teres sublibera. Persoon ibidem.

Habitat in sylvis frequens; α. in foliis Quercus aridis; β. in ramulis putridis. Autumno.

1489. Himantia umbrina.

H. fibrosa tenera villosa umbrina. Persoon ibid.

Habitat ad lignum Pini putridum, rarius. Septembr.

Rhizomorpha.

Repens rigida glabra, intus medulla villosa farcta.

1490. Rhizomorpha subcorticalis.

R. compressa ramosa fusco-nigricans inter corticem et lignum. Persoon l. c. p. 704.

Habitat in sylvis ad truncos putridos. frequens.

1491. Rhizomorpha subterranea.

R. longa ramosa teretiuscula sublibera nigra. Persoon ibidem.

Habitat in Salicib. cavis et ad truncos Pini putridos. infrequens.

Obs. Vix diversa est haec species a praecedente, cui colore ramificationibus totaque facie simillima

est. Figuram compressam tantum assumit dum inter corticem et alburnum prorepit; ut primum vero lignum cariosum, minus resistens intrat, teretiusculum evadit. Caeterum quoque Cel. Persoon ad ulteriorem speciem Lichenem radiciformem Linnaei revocat, quem in truncis putridis inter corticem et lignum crescere dicunt Autores.

1492. Rhizomorpha setiformis.

R. filiformis subsimplex, foliis pineis adhaerens. Persoon ibid.

Lichen hippotrichodes. Weber. Timm l. c. p. 252.

Habitat non solum ad folia Pini, sed inter Sphagna quoque et ramulos putredine solutos mihi occurrit. Autumno.

Errata.

S. 1 Z. 11 locubus l. lacubus. — ibid. Z. ultim. albi l. alibi. S. 2 Z. 12 Säbel l. Sabel. — ibid. Z. 3 v. u. ceutro l. centro. ibid. Z. ultim. duos l. duas. — S. 3 Z. 2 duos l. duas. — S. 33 Z. ultim. locubus l. lacubus. — S. 108 Z. 8 lanceoletis l. lanceolatis. — S. 117 Z. 19 albo et purpurasc. — ibid. Z. ult. Neubrand. l. Neobr. — S. 123 Z. 16 calyce l. calyci. S. 128 Z. 9 vor ad l. et ad pagum. — S. 139 Z. 7 Anemmone l. Anemone. — S. 144 Z. 9 v. u. vor Kuhweide l. der Kuhweide. — S. 149 Z. 15 v. o. mea plantae l. meae plant. S. 155 Z. 6 Neubr. l. Neobrandenburgi. — S. 161 Z. 16 v. o. bepartio l. bipartito. — S. 163 Z. 7 v. u. introsum l. introrsum. — S. 179 Z. 10 lauciniis l. laciniis. — ibid. Z. 8 v. u. enermi l. inermi. — S. 180 Z. 3 v. o. praesentim l. praesertim. — S. 229 Z. 10 Tentum l. Tentam. — S. 233 Z. 10 v. u. Grunow l. Grünow. — S, 244 Betula humilis. l. nonne B. fruticosa? — S. 246 Z. 11 glumerulis l. glomerulis.

ADDENDA.

1493. Epipactis rubra.

E. foliis lanceolatis, bracteis germine longioribus, floribus erectis; labello acuto, lineis elevatis undulatis, germinibus glabris. Linn. Spec. Pl. ed. Willd. T. IV. p. 86.

Serapias rubra L. Roth l. c. T. II. P. II. p. 410.

Habitat in sylvaticis subhumidis infrequens — prope Neu-Strelitz in der Bürgerhorst. Julio. Aug.

1494. Osmunda regalis.

O. frondibus bipinnatis apice racemiferis, pinnulis oblongis. L. Roth l. c. T. II. P. II. p. 34.

Habitat in nemorosis humidiusculis rarius — ad oppidum Woldegk bei der Wolfshagen. Ziegelei. Julio. Aug.

1495. Lycopodium complanatum.

L. foliis bifariis adpressis: marginalibus oppositis connatis, dorsalibus solitariis; spicis pedunculatis, ramulis fasciculatis compressis. Roth l. c. T. III. P. I. p. 17.

Habitat in pinetis siccioribus infrequens. — prope Mirow et Fürstenberg am Wege nach Strelitz. Julio.

1496. Leskea polycarpa.

L. surculo repente diviso, ramis simplicibus confertis declinatis, apicem versus crassiusculis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis ductulorum fasciculo instructis; capsula cylindrica erecta. Bridel l. c. T. II. P. II. p. 43.

Habitat in nemorosis ad saxa rarius. — ad pagum Mildenitz an der Wolfshagen. Grenze bei dem alten Thurm. Julio c. caps. operc. et deopercul.

1497. Parmelia maculiformis.

P. crusta effusa leproso-farinacea viridescente; scutellis primo convexis vix marginatis, luteo-flavescentibus, demum planis viridescentibus margine flexuoso crustae concolori.

Verrucaria maculiformis Hoffm. Flor. Germ. T. II. p. 195.

Habitat in cort. Pini sylvestr. et Betul. Alni frequens.

1498. Thaelaephora lilacina.

T. subimbricata mollis zonata tomentosa pallida, margine subtusque dilute purpurea. Persoon l. c. p. 572.

Habitat in trunc. caes. Fagi et in caudic. sicc. Popul. tremul. passim. Septembre.

1499. Thaelaephora acerina.

T. tenuis brevis compacta subinterrupta ex albido subcaesia. Persoon l. c. p. 581.

β. Th. quercina: continua sicca opaca compacta pallens. Persoon l. c. p. 582.

Habitat α. in cort. Acer. campestr. et β. in cort. Querc. viv. infrequens. — In der Mildenitz. und Broda. Heide. Septembre.

1500. Peziza sanguinea.

P. cupulis minutissimis nigris glabris, tomento sanguineo insidentibus. Persoon l. c. p. 657.

Habitat in trunc. Pini carios. et ligno dejecto fagineo rarius. Autumno.

Index

Genererum et Specierum.

Errata.

S. 220 Z. 12 lanciniis l. laciniis. — S. 229 Z. 17, agris l. aquis. — S. 237 Z. bey Carex Oederi l. Habitat in pratis et pascuis turfosis siccioribus frequens. ad pagos Ballin et Krumbek auf den Wiesen hinter den Hofgärten. Majo Junio. — S. 252 Z. 3 v. u. Serrutaris l. Serraturis. — S. 260 bey Holcus mollis ist ausgelass. Habitat in campis et hortis ad sepes frequens. Majo. Junio. — S. 269 lin. ultim. digistae l. digestae. — S. 271 lin. 20. caule l. acaule. — S. 281 No. 825 u. 826 muſs statt Leersia Encalypta stehen. — S. 295 Z. 11 Descripto l. Descriptio. — S. 303 Z. 12 ferascissima l. feracissima. — S. 309 No. 888 Ortotrichum l. Orthotrichum. — S. 310 Z. 4 annomalum l. anomalum. — S. 313 Z. 18 procedenti l. praecedenti. — S. 319 Z. 9. inordinatae l. inordinate. — S. 323. Z. 10. conico l. conica. — S. 335 Z. 8 v. u. surcule l. surculo. — S. 336 Z. 12 v. u. quodum l. quodam. — S. 341 Z. 16 v. ob. ubtusiusculo l. obtusiusculo. — S. 341 Z. 23 v. ob. occuruerunt l. occurrerunt. — S. 358 Z. 6 v. u. destitutis l. destitutae. — S. 372 Z. 15 v. ob. Gen. 4 Variolaria. — S. 375 Z. 14 subrotandam l. subrotundam — S. 376. Z. 16. tumente l. tumente. — S. 385 Z. 4 furfurascens l. furfuraceus. — S. 399 No. 1108 bey Parmel. pulverulenta ist ausgelass. Habitat in cortic. Salic. Tiliar. reliqu. frequens.


New York Botanical Garden Library
QK 295 .S38 gen
Schultz, Karl Fried/Prodromus florae sta
3 5185 00006 1034


CoLibrì
COVER SYSTEM ®
Made in Italy


8 032919 990020